

Sächsische

5

A

4429

Landesbibl.

Theol 8° 296

PLACITA
SANCTORVM

EXPLICITA

AB ILLUSTR. ET REVER^{MO}. D. D.

FRANC. DE SALIGNAC

FENELON

ARCHIEP. DUCE CAMERACENSI;

*Sereniss. Ducum Burgund. Andegav.
& Biturigum Praeceptore.*

FRANCOFVRTI,

apud THOMAM FRITSCH.

M DC IC,

Sächsische
Landesbibliothek
4. JULI 1987
Dresden

G



ADMONITIO.

DE viis interioribus parcissimè & loquendum & scribendum semper existimavi. Quamvis nihil contineant, quod immutabili fidei & morum Evangelicorum normæ manifesto non congruat, mihi tamen videtur huic materiæ quoddam arcani genus competere. Plerique, qui hæc legunt, tam arduis rebus utiliter legendis non sunt comparati. Sic quidquid est in religione sanctissimum & eminentissimum obicitur irrisioni profanarum mentium, quibus Jesu Christi crucifixi mysterium jam stultitia est ac scandalum. Ineffabile Dei in cordibus secretum hominibus creditur minimè apud se recollectis minimèque expertis, qui iis nec doceri nec piè moveri possunt. Aliundè credulis & imprudentibus animabus struuntur insidiæ, quibus in illusionem incidant; brevi enim se ad quemlibet statum, qui in libris exhibetur, pervenisse

A.

opinantur: Hinc fanaticæ atque indociles evadunt; fin autem ab iis amoveretur cognitio omnium statuum qui suum supereminēt, in gratuiti amoris & contemplationis vias ingredi haud possent, nisi unâ allicientis gratiæ suavitate, nihil ad id conferente commota lectionibus imaginatione. Quapropter æstimo maximo opus esse in hac materiâ silentio, ne nimium excitaretur curiositas vulgi nec experientiâ nec gratiæ luce præditi ad opera sanctorum perpendenda. Animalis enim homo nec sapere nec percipere potest ea

Cum illa curiositas jam penitus reprimi nequeat, operæ pretium lectori scopulos indigitare.

quæ Dei sunt, ut sunt viæ interiores. Sed cum hæc curiositas omnes animos non ita pridem incesserit, loqui æquè necessarium arbitror, ac tacere optandum foret.

Hujus operis scopus est sanctorum experimenta & locutiones exponere, ne impiorum derisioni pateant. Simul mysticis genuinam horum sanctorum Authorum mentem elucidare, ut jam eorum elocutionis vim teneant. Cum de sanctis mysticis loquor, contineo me intra eos qui in album sanctorum sunt relati, quorum beata est apud universam Ecclesiam memoria, aut quorû scripta diu expugnata publicè approbata sunt. De iis loquor quos universa inter sanctos adscripsit, aut suspexit Ecclesia, quòd secuti fuerint, fecerintque ut alii secuti sint spirituales

ADMONITIO.

3

illam vitam quæ illorum scriptis continetur.

Tales certè Authores nec rejicere licet, nec infimulare quod novitati contra traditionem studuerint. Ostendam quantum illi sancti scriptores à lædendo fidei dogmate, & tutandâ illusionem abhorreant. Ostendam Mysticis, nihil eorum à me infirmari, quæ authorum, quos imitando sequimur, experimentis & sententiis comprobata sunt. Sic eorum fidem merebor, cum iis indicavero definitos præcisè ab iisdem sanctis terminos, quos transgredi nefas. Mystici quos alloquor nec sunt fanatici nec hypocritæ qui perfectionis vocibus mysterium iniquitatis tegant. Absit ut verbo veritatis compellem qui fidei mysterium in purâ conscientia non habent: nihil nisi indignatione & horrore digni sunt. Mysticos alloquor simplices sinceros & dociles. Sciant illusionem modico intervallo vias perfectissimas semper esse secutam. A Christianæ religionis origine falsi gnostici homines execrandi confundi voluere cum veris gnosticis, viris contemplantibus & Christianorum perfectissimis. Beguardi falso imitati sunt posteriorum temporum contemplantes, ut Sanctum Bernardum, Richardum & Hugonem à sancto Victore. Cardinalis Bellarminus adnotat mysticorum scriptorum

A ij

De script. eccl.
in Rusbrok.
Qui primam
habent opti-
mè de eâ, ejus-
que regulis
discurrunt ex-
perientiâ de-
stituti. Qui se-
cundam minus
periti in ser-
mone sunt, sed
in usu & expe-
rientiâ excel-
lentissimi. Bo-
na via com-
pend. capax.

verba sæpè ob ambiguitatem fuisse repre-
hensa : plerumque evenit, inquit, iis qui
de Theologiâ mysticâ scribunt, *ut eorum*
verba ab aliis quidem vituperentur, ab aliis
verolaudentur, quod non eodem sensu ab om-
nibus accipiantur. Cardinalis Bona ait quo-
que eos qui sunt in contemplatione passi-
vâ, quantum ad elocutionem esse rudio-
res, quantum ad praxim & experientiam
eminentiores. Nihil quippe adeò ardu-
um quam dilucide exponere status qui
constant operationibus adeò simplicibus,
subtilibus, remotis à sensibus, & cuique
loco necessaria semper addere tempera-
menta, quibus & præveniatur illusio &
exactissime dogma Theologicum expli-
cetur. Hinc eorum qui mysticorum libros
legunt, alii offensi, alii illusi. Præterito
sæculo, dùm Hispania tot sanctis mirâ gratiâ
ornatis abundaret, illuminati in Andalu-
sia deprehensi, sanctissimos quosq; fecêre
suspectos. Tunc sanctæ Theresiæ, Baltha-
sari Alvarez & B. Joanni à cruce purgatio-
ne opus fuit. Rusbrokus à Bellarmino
magnus contemplator vocatus, & Taule-
rus vir ille apostolicus in omni Germaniâ
celeberrimus defensi sunt, alter à Dio-
nyfio Carthusiensi, alter à Blofio. San-
ctus Franciscus Salesius suos quoque tu-
lit adversarios; nec adnadvertêre cri-
tici, quam exactam atque præcisam
Theologiæ cognitionem, cum emi-

ADMONITIO.

mentissimo gratiæ lumine conjungat. Pio Cardinali de Berulle apologiâ opus fuit. Sic palea tritico plerumque offecit, & purissimi vitæ interioris scriptores explanatione indiguerunt, ne verba malè usurpata puram doctrinam temerarent.

Hæc exempla mysticos sobrios atque cautos præstare debent. Si humiles sint ac dociles, relinquunt pastorib⁹ curam, nō tantum de doctrinâ decidendi, sed & eligendi quaslibet voces quæ adhibendæ videbuntur. Sanctus Paulus non manducabit carnem in æternum, ne fratrem scandalizet, propter quem Christus mortuus est; qui ergo alicui vocabulo studeremus, statim atque infirmam animam offendit? omnem igitur ambiguitatem è medio tollant mystici, cum audiant quosdam eorum vocibus abusos fuisse ad id quod sanctissimum est vitandam. Qui incautè, improprie & per exaggerationem locuti sunt, nihil ad Ecclesiæ ædificationem desiderandum omittant. Qui in ipsâmet doctrinâ erraverunt, errorem non tantum damnant, sed & fateantur. Dent gloriam Deo. Non pudeat erroris, qui humanam naturam sequitur; suosque errores humili animo confiteantur, quandoquidem ad se non pertinebunt, ubi primùm eos humiliter confessi fuerint. Ut in tam subtili tantique momenti materia ve-

6 ADMONITIO.

rum à falso secerneretur, duo Illustres Episcopi ediderunt triginta quatuor articulos qui universam interiorum viarum doctrinam summatim complectuntur; nec in hoc opere aliud ago, quam ut eorum principia fusius exponam.

Omnes viæ interiores ad purum seu gratuitum amorem tendunt. Purus ille amor summus est Christiana perfectionis gradus. Terminus est viarum omnium quas Sancti noverint. Quicumq; nihil ulterius admittit, est intra traditionis fines: quisquis illiusque fines transgreditur, eo ipso errat. Si quis de certis præscribo. Infra patebit hunc amorem purum esse statum habitualem in quo caritas maximè per se vigens aliarum virtutum exercitia distincta imperat & ad suum finem explicite refert.

gratuitum amorem tendunt. Purus ille amor summus est Christiana perfectionis gradus. Terminus est viarum omnium quas Sancti noverint. Quicumq; nihil ulterius admittit, est intra traditionis fines: quisquis illiusque fines transgreditur, eo ipso errat. Si quis de certis præscribo. Infra patebit hunc amorem purum esse statum habitualem in quo caritas maximè per se vigens aliarum virtutum exercitia distincta imperat & ad suum finem explicite refert.

hujus amoris veritate & perfectione dubitet, perspicuam, universalem, perpetuam ab Apostolis ad sanctum Franciscum Salesium hac de re traditionem proferre paratus sum, & cum requiretur, publici juris faciam de hoc ipso excerpta ex Patribus, scholæ Doctoribus, & Sanctis Mysticis qui unanimiter in id consentiunt. His excerptis patebit antiquos Patres æq; ac sanctum Franciscum Salesium expressè locutos, & in gratiam puri amoris de salute posuisse eadem, quæ fastidiosi critici derident quoties ea apud posteriorum temporum sanctos reperiunt. Ipse etiam Augustinus, quem huic doctrinæ adversari quidam opinati sunt, eam non minus ac cæteri docet. Necessariū quidem est purū hunc & gratuitū amorem accuratè expli-

ADMONITIO. 7

care, & fines præcisè designare quos prætergredi quamlibet gratuitus nullatenus potest. Amor ille quantumvis liberalis excludere *nunquam potest voluntatem Deum infinitè diligendi, nec quoad amoris gradum, nec quoad temporis spatium; nunquam potest excludere consensionem beneplacito Dei qui vult nostram salutem, & qui vult nos secum eam ad suam gloriam velle.* Amor ille gratuitus scriptæ legi semper inviolatè addictus *eosdem actus exerit easdemque virtutes quas mercenarius amor exercet, hoc uno discrimine quod eas ratione simplici, placidâ & ab omni mercenario motivo alienâ exerceat.* Sancta indifferentia à Beato Francisco Salesio tantoperè laudata nihil est nisi gratuitus ille amor semper ex se indifferens, & sibi mercenariâ voluntate carens, semper autem determinatus & positivè volens quidquid Deus scriptâ lege & gratiæ suavitate facit ut velimus.

Ut ad hunc statum perveniatur, amor purgandus est, & ad hanc puritatem universæ probationes tendunt. Contemplatio vel maximè passiva nihil est præter placidû & æquabile * hujus puri amoris exercitium. Eatenus tantum à meditatione, ubi compositi & discursivi actus exeruntur, ad contemplationē, cujus actus sunt simplices & directi, sensim sine sensu sit tran-

En fines hujus amoris puri qui naturalem ac mercenarium solummodo affectum abjicit, nec potest unquam desistere à desiderio vitæ æternæ quæ est ipse summus amor Dei.

* Hoc unum est discrimen, ergo nullum aliud admisi, mercenaritas autem non est gratiæ donum sed imperfectio seu minor perfectio ex naturâ. Hanc mercenaritatem passim excludunt patres à statu habituali perfectiorum.

* Contem.

platio non est ipse amor, sed amoris exercitium, quo sublato amor alio modo exerceri potest.

Id sexcenties reperitum.

En iterum fines amori puro positi. Numquam inter peregrinos invariabilis habetur.

Fines certis quibus certissime illu.

fitus, quatenus ab amore mercenario ad gratuitum transitur. Status passivus, transformatio, nuptiæ spirituales, & unio essentialis sive immediata, nihil sunt nisi integra hujus amoris puritas, cujus status in paucissimis animabus *habitualis quidem est; nunquam autem cujuscumque variationis expertus*, nunquam à culpis venialibus immunis. Cum loquor de tot diversis gradibus, quorum nomina plerofque fideles tantopere latent, ideò tantum hoc ago, quod usitata & quasi consecrata sint à pluribus sanctis ab Ecclesiâ approbatis, qui sua experimenta his vocibus explicuerunt. Præterea non hæc refero nisi ut ea accuratissimè exponam. Denique omnes interiores viæ ad purum amorem ut ad suum terminum pertinent, & omnium in hujus vitæ peregrinatione statuum, *summus est hujus amoris habitualis status. Totius ædificii fundamentum & fastigium est.* Nihil ita temerarium esset quam impugnare puritatem hujus amoris Dei, cui omnia debentur, perfectione & ipsius zelotypiâ, quæ ignis consumens est, tantopere digni. Nihil quoque tantæ temeritatis foret, quam velle commentitiâ subtilitate suos veros huic amori in distinctarum virtutum exercitio actus detrabere. Postremo nec minus temerarium, nec minus periculosum esset, interiorum viarum perfectionem

ADMONITIO. 9

fectionem * *in quodam arcano statu ultra finem hunc puri amoris terminum ponere.* fioni occurritur, ne virtutum officia distincta vilescant.

Ut his omnibus incommodis occurram, totam hujus operis materiam tractare aggrediar per articulos pro variis gradibus, quos nobis in spiritali vitâ mystici adnotarunt, distributos. Quisque articulus duplici parte constabit, alterâ verâ quam probabo & quæ complectetur quidquid sanctorum experimentis approbatum & ad sanam puri amoris doctrinam reductum est; alterâ falsâ, ubi præcisum indicabo locum, in quo illusionis periculum incipit. Sic referens quod in quoque articulo extremum est, illud notabo & ad exactam Theologiæ normam damnabo.

Sic mei articuli in primâ suâ parte erunt accuratarum collectio definitionum quibus universa sanctorum verba explicentur & exigantur ad indubitatum sensum, qui nulli deinceps ambiguitati pateat, nec religiosas animas perterrefaciat. Erit quoddam dictionarii genus per definitiones ad præcisam cujusq; termini vim cognoscendam. Adunatæ definitiones illæ simplex atq; completum interiorum viarum component systema, cui inerit perfecta unitas, cum in eo universa ad exercitium puri amoris, non minore studio ab antiquis patribus quam à recentissimis sanctis commendati, perspicuè reducenda sint.

Hæc pro modulo præstare conatus sum.

Hinc altera pars articulorum indicabit totam seriem falforum principiorum, quæ perfectionis specie periculotissimam contra mores ac fidem illusionem parere possunt. In uno quoq; articulo ambiguitatis initiū indigitare enitar, & quidquid mali est censura notare, nullā in re immunitis omnib⁹ quæ sanctorum experientis comprobantur. Mystici, si animo non antè occupato auscultare me voluerint, probè animadvertent se à me intelligi, suaque verba secundum justam veri eorum sensus extensionem à me usurpari. Illis etiam judicandum relinquo, an non accuratius, quam plerique eorum id hæctenus præstiterint, eorū sententias explicuerim, quia præcipuè in id incubui, ut ipsismet rebus non infirmatis, ad claras, expressas atq; traditione comprobatas ideas, eorum voces exigerem. Quicumque mystici unitati & Ecclesiæ utilitati student, hoc consilio contenti esse debent. Hic immensam testimoniorum multitudinem ab antiquissimis Patribus nec non à Scholæ Doctoribus & sanctis mysticis adjungere potuissem; at hoc me incæptum inducebat in prolixitatem atq; iterationes innumeras, quibus territus, iis jam compositis, in gratiam lectoris abstinui. Ut ejus labori parcam, constantem & decretoriam traditionē statim suppono, ut perspicuum ac

Hic mysticos
admonco ut
mihi falsa da-
manti fidem
adhibeant &
se emendent.

ADMONITIO. II

per Theologicas definitiones cohærens systema exponam. Methodi hujus ariditas mihi quidem videtur molestissima, minus tamen quam prolixitas onerosa.

Nihil superest quam ut propositum exequar. Ad hoc vires non à me expecto, sed à Deo quem vilissimo & indignissimo instrumento uti juvat, mea doctrina non mea, sed Christi pastores mittentis doctrina esse debet. Væ mihi, si quid à me dicerem. Væ mihi, si alios edocens ego ipse Catholicæ, Apostolicæ & Romanæ Ecclesiæ filiorum maximè docilis, maximèq; subditus non forem.

Aggrediar à simplici expositione variorum sensuum qui divini amoris vocabulo tribui possunt, ut quæstionum in hac materiâ status clarè ac præcisè intelligatur; postea lectori occurrent articuli, quibus in unoquoque viarum interiorum capite verum probatur, falsum autem damnatur.

Exponuntur diversi amores quibus Deus potest amari.

I. **D**Eus amari potest, non propter ipsum, sed propter distincta ab ipso bona quæ ab ejus potentia pendent & sperantur. Talis erat amor carnalium

Hi amores sunt manifesto quinque amoris status

12 PLACITA SANCTORUM

habituales qui Judæorum qui legi parebant, ut rore cæli,
varios actus & terræ ubertate donarentur. Ille amor
includunt. nec castus nec filialis est, sed merè servilis.
Ita Bernardus Præcisè loquendo non est amare Deum,
quatuor posuit sed seipsum, & sibi uni non Deum, sed quæ
status habitua- ex Deo manant requirere.
les de diligen-
do Deo.

Ita Richardus 2. Potest quis fide præditus omni Cha-
à S. Viçtore. ritatis gradu carere. Scit Deum unam
Ita D. Thom. esse suam beatitudinem, id est unicum ob-
Ita Card. Bel- jectum cujus intuitu beari possit. Si hoc
larminus, va- in statu Deum amaret veluti solum suæ
rios amoris fælicitati congruens instrumentum, &
gradus posuê- quod suam in alio objecto beatitudinem
re, qui sunt e- adipisci minimè valeret: si Deum intueretur
videnter status ut fælicitatis medium, quod ad se u-
habituales, num ut ad finem ultimum referret, ille a-
non transeun- mor potius esset amor sui quam Dei: sal-
tes actus. tem ordini repugnaret, cum Deum, quem
 ut objectum & suæ fælicitatis instrumen-
 tum respiceret, ad se suamque fælicitatem

Amat ergo referret. Quamvis illo amore nulla extra
jam Deum, sed Deum unum fælicitas quæreretur, esset
propter se in- nihilominus ille amor merè mercenarius
terim adhuc, & meræ concupiscentiæ. *Anima, ut ait*
non propter *sanctus Franciscus Salesius, quæ Deum sibi*
ipsum Bernar- *uni amaret, sui in Deum amoris finem in*
du de dilig. *sua propria fælicitate constituens, heu! sum-*
Deo. *mum sacrilegium admitteret.... Anima quæ*
De amore Dei *sibi uni Deum amat, se amat quemadmo-*
l. 2. c. 17. *dum Deum amare deberet, Deum autem a-*
ma: quemadmodum se amare deberet. Idem

est ac si quis diceret, mei amor finis est cuius gratia Deum amo, ita ut amor Dei ab amore sui pendeat eique subordinetur atque subja- ceat, quæ summa impietas est.

3. Deus amari potest amore qui spei dicitur. Non est omnino mercenarius, mixtus est enim quodam amoris DEI ob Deum ipsum initio, sed mercenarium mo- tivum est in eo amore præcipuum ac do- minans motivum. Sanctus Franciscus Sa- lesius de illo amore sic loquitur: *Non di- co tamen illum ad nos ita reverti, ut eo solummodo propter nos amemus. Magnum est discrimen inter hanc vocem, Deum amo pro- pter bonum quod ex eo expecto, & istam, De- um non amo nisi propter bonum quod ab eo expecto.* Ille amor spei sic vocatur, quia motivum mercenarium adhuc in eo do- minatur. Initium est conversionis ad De- um, sed nondum vera justitia. De hoc spei amore sic locutus est Sanctus Franciscus Salesius, *Summus amor non est nisi in Cha- ritate, verum in spe amor est imperfectus cum ad infinitam bonitatẽ non tendat, quate- nus talis est in se ipsa, sed quatenus nobis talis est. Quamvis nullus verè hoc solo amore possit mandata servare & vitam æternam adipisci-*
De am. D. l. 2. c. 17.

Quidquid de amore spei dicitur, non de amoris a- ctu, sed de sta- tu animæ a- mantis, & spei informis di- ctum puta. In quo passim ad- miscetur ali- quis amor ca- ritatis imper- fectæ, quamvis in eo statu a- mor sui & mo- tivum merce- narium adhuc dominetur. Ita de amore spei loquitur E- stius. Est a- mor quidam inchoatus & imperfectus, quo DEUS diligitur qua-

tenus ab intellectu proponitur ut summum & beatificum nostrum bonum. Non tamen tam perfectè diligitur, ut ei voluntas affe- ctu cætera omnia postponat. Est & amor Dei perfectus quo non æstimatione sola, sed & affectu atque opere voluntatis, Deum

14 PLACITA SANCTORUM

omnibus aliis anteponit, qui Caritas est: In l. 3. sent. dist. 26. de spe, paragr. 2. ita spei amor per se neque excludit neque includit præferentiam Dei sibi, sola charitas hanc præferentiam includit.

En discrimen inter amorem puræ concupiscentiæ & amorem supernaturalem spei.

Amor spei denominatur mercenarius ab extrinseco, ita ut mercenaritas non sit in actu supernaturali spei, sed tantummodo in actu amoris proprii adhuc in eo statu dominantis.

Charitatis a- 4. Est charitatis amor, qui quidem su-
ctus in se puri perstite quadam mercenaria proprii com-
& minimè ad- modi appetitione adhuc miscetur, sed qui
mixti; sed sta- vera est charitas justificans, quia gratuitum
tus animæ ad- motivum in eo dominatur. Ille est de
mixtum habet mercenarium quo Sanctus Franciscus Salesius loco su-
affectum sive præ dicto loquitur, *supremus amor non est*
motivum, nisi in charitate. Ille amor Deum ob ipsum
quærit, omnibusque, nullo excepto, præ-
fert. Hoc uno quod eum præferat, ju-
stificare nos potest. Deum ejusque glo-
riam nobis, nostrisque commodis non mi-
nus præfert, quam omnibus creaturis à
Deo distinctis; cujus hæc est ratio, quod
creaturæ simus non minus viles & indi-
gnæ quæ cum Deo conferamur, quam cæ-
tera creata. Deus qui nos cæteris creatu-
ris non fecit, neque nobis nos ipsos, sed si-
bi uni fecit. Nos minus nos quam cæ-
tera quæ amare possumus externa objecta
Deus æmulatur. Unum propriè in nobis
ejus zelotypia prosequitur, scilicet nos
ipsos, quia pervidet nos eos esse ad quos

in externarum rerum possessione amandos impellimur. Sua eum zelotypia fallere nullatenus potest. Ad nostri amorem omnes nostræ affectiões reducuntur, *quid non oritur ex principio Charitatis*, ut id toties repetit Sanctus Augustinus, ex cupiditate oritur. Sic eum amorem *omnium vitiorum radicem* Dei zelotypia in nobis præcisè impugnat. Quamdiu non reperitur in anima nisi spei amor, ubi mercenaria proprii commodi appetitio divinæ gloriæ appetitioni prævalet, tamdiu illa nondum iusta est; at cum gratuitus, seu charitatis amor proprii commodi motivo mercenario prævalere incipit, tunc anima quæ Deum diligit, ab eo verè diligitur. Illa tamen charitas nondum est omnino pura, id est cujuslibet admixtionis experta. At cum amor charitatis mercenario Spei motivo dominatur, *status ille*, charitatis status nuncupatur. Tunc anima Deum & Deo & sibi amat, verum ita ut Dei gloriam præcipuè diligat, in eaque propriam fœlicitatem non quærat, nisi ut medium quod ad ultimum finem, Creatoris nimirum gloriam, refert, eique subjicit. Non est necesse eam præferentur si stet in se ipso vitiorum omnium radix est.

Charitatis
nomine intellige quemcunque animi motum ad fruentum Deo propter ipsum, & se ac proximo propter Deum, ita ut eo vocabulo comprehendatur omnis amor qui tendit in Deum sive sit perfectus sive imperfectus, sive supernaturalis sive naturalis, sive explicitè Deum spectet, sive implicitè tantum sub ratione bonitatis, veritatis justitiæ &c.

Cupiditas
est amor sui, amor ille est naturaliter bonus, si ratione ordinetur, verum

Admixtio in statu animæ, non in actibus. Namque hi amores sunt status habituales. Unde *statum* hunc amorem nuncupavi. Hinc collige mercenaritam affixam non actui spei, sed statui animæ sperantis.

16 PLACITA SANCTORUM

tiam, quâ Deum ejusdemque gloriam nobis & nostris commodis præferimus, esse semper in animâ justâ explicitam. Fides docet divinam gloriam nostramque fælicitatem se jungi non posse. Sufficit præferentiam illam adeo justam adeoque necessariam esse veram & pro communibus vitæ occasionibus implicitam. Non oportet eam fieri explicitam nisi in insolitis occasionibus, ubi Deus nos probare, ac sic pueros efficere vellet. Tunc convenientem probationi lucem & virtutem probationis ferendæ atque illius in cordibus præferentiæ explicandę nobis infunderet. Extra illum casum, illam in animis nostris scrupulosè perscrutari, esset periculosum.

Hic status 5. Amari potest Deus illo amore qui non excludit *sit pura charitas & sine admixtione mercen-* cæteras virtu- *narii motivi.* Tunc Deus mediis in pœ- tes. Hoc e- nis sic amatur, ut nec amplius amaretur, nim sæpenu- si & animam gaudio cumularet: nec sup- mero declara- pliciorum timor, nec præmiorum deside- vi. Sed cari- tas cæteris im- perat, suoque sinu eas parturit ac fovet. Nihil excluditur præter mercenarium motivum seu affectum naturalem.

Ita Bernardus ait *purus amor de spe vires non sumit*; ita B. Teresa in 6. arcis animæ mansione asseverat has animas amplius non *spektare gloriam æternam ut motivum quo plus Deo inhereant.* Hæc omnia quidem amantur & cupiuntur, sed Deus non amatur eo fine ut hæc nobis utilia adipiscamur. Hoc ita significavit Card. Bona. *Si scirem, Deus meus, me fore annihilandum, adhuc tibi omni studio servirem. Non enim tibi servio propter me, sed propter te,* Via compend. cap. 13. decade 7.

rium

rium ad eum amorem ullomodo pertinent. Jam verò nequè amatur Deus ob meritum, neque ob perfectionem, neque ob fœlicitatem quæ ab ejus amore fluunt. Tantumdem amaretur, cum, posito impossibili, se amari ignoraret, atque suos amatores in perpetuum infœlices efficere vellet. Amatur nihilominus ut suprema & certissima eorum, qui illi fideles sunt, beatitudo. Eum ut nostrummet bonum amamus, nostram mercedem, nostrum Deum & omnia, sed non jam amatur hoc præcisè nostræ fœlicitatis ac proprii præmii motivo. Hoc ipsum sanctus Franciscus Sales. exactè ac præcisè edidit his verbis. *Longè hæc duo discrepant: mihi Deum amo, & mei gratiâ Deum amo; primum est sanctus sponsæ affectus, alterum impietas &c.* Iterum sic alibi loquitur. Amoris puritas in eo posita est, ut nihil tibi velis, nihil intuearis præter unum Dei beneplacitum, cujus amore æternas pœnas gloriæ anteferre non dubitares. Liberalis anima in pura charitate expectat, cupit, sperat *Deum qua-*

Motivum in hoc libello est principium amoris movens animam. Ita Patres, ita mystici, ita Theologi complures à me laudati. *Motivum præcisum* est amoris principium, quò unò movetur voluntas.

En omnes reduplications, quibus ratio, vis & efficacia motivi proprii includitur.

Amatur DEUS ut merces, etiam si non ideo ametur quod mercedariam cupiditatem expleat, amatur quatenus merces; eo quod beneplacito ejus obtemperemus. Beneplacito autem DEI nobis ipsis cari sumus, nobis ipsis bonum, quatenus nobis bonum, verè exoptamus.

18 PLACITA SANCTORUM

Beneficentiam tenus suum bonum, quatenus suam mercedem. Quatenus id quod sibi & promissum est, & unum sufficit. Eum sibi vult ut consentiat beneplacito Dei qui id illi vult, sed non vult id sui causa quia proprii commodi motivo mercenario jam non excitatur.

Ille est purus & perfectus, qui eisdem omnium & parium virtutum actus, quos amor mixtus, exerit, eo uno discrimine, quod timorem, omnemque anxietatem expellat, ipsa etiam amoris mercenarii sollicitudine sit immunis.

Ceterum prae-moneo ad vitandam omnem ambiguitatem in ea materia in qua tam periculosum est aliquam, tam arduum nullam admittere, me diligenter usurum nominibus quae quinque his amoribus, ut melius distinguantur, inditurus sum.

1. Carnalium Judaeorum amor ob Dei dona ab eo distincta, & non ob eum ipsum, vocari potest amor mere servilis. Cum autem nullus de eo loquendi nobis futurus est locus, de illo, in hoc opere, plura dicere superfedebam.

2. Amor quo DEUS non aliter diligitur, quam ut unicum nostrae felicitatis medium seu instrumentum, quod ad nos ut ad finem ultimum refertur, merae concupiscentiae amor vocari potest.

3. Amor quo DEUS non aliter diligitur, quam ut unicum nostrae felicitatis medium seu instrumentum, quod ad nos ut ad finem ultimum refertur, merae concupiscentiae amor vocari potest.

4. Amor quo DEUS non aliter diligitur, quam ut unicum nostrae felicitatis medium seu instrumentum, quod ad nos ut ad finem ultimum refertur, merae concupiscentiae amor vocari potest.

5. Amor quo DEUS non aliter diligitur, quam ut unicum nostrae felicitatis medium seu instrumentum, quod ad nos ut ad finem ultimum refertur, merae concupiscentiae amor vocari potest.

6. Amor quo DEUS non aliter diligitur, quam ut unicum nostrae felicitatis medium seu instrumentum, quod ad nos ut ad finem ultimum refertur, merae concupiscentiae amor vocari potest.

7. Amor quo DEUS non aliter diligitur, quam ut unicum nostrae felicitatis medium seu instrumentum, quod ad nos ut ad finem ultimum refertur, merae concupiscentiae amor vocari potest.

3. Amor, in quo nostræ felicitatis mercenarium motivum divinæ gloriæ motivo prævalet, spei amor nuncupatur.

4. Amor in quo Charitas adhuc miscetur mercenario propriæ mercedis motivo, quod ad præcipuum motivum, finemque ultimum, puram scilicet Dei gloriam refertur ei que subjacet, dicendus esset mixtæ charitatis amor. Verum ut perpetuò ille amor amor, qui purus & omninò gratuitus dicitur, opponendus e-

Semper me-
 mineris velim
 diversorum a-
 morum nomi-
 ne diversos a-
 nimæ amanti-
 status hic tan-
 tum designa-
 ri.

rit, mixto illi amor nomen *mercenarii in-
 dere cogar*, quoniam revera aliquam ha-
 bet mercenariam proprii commodi appe-
 titiōnem admixtam, quamvis Deum sibi
 præferat. *Hic veniam
 oravi de im-
 propria locu-
 tione quana
 adhibui, tan-
 tum ut brevi-
 tum ut brevi-*
 tum studerem in his sexcentis repetendis. Iterum atque ite-
 rum moneo statum animæ, non autem actum charitatis admix-
 tionem habere.

5. Amor Dei unius in seipso confide-
 rati & absque omni motivi mercenarii, ti-
 moris & spei admixtione, purus amor est,
 seu perfecta charitas.

En charitas
 imperans vir-
 tutes singulas
 realiter distin-
 ctas secluso
 tantum mer-

cenario spei naturalis motivo. Purus amor non est quæcum-
 que charitas, sed perfecta quæ cæteris virtutibus imperat, eas
 præveniens plerumque, & quæ expellit naturalem seu mercena-
 rium affectum.

B. ij

Amor in quo nobis felicitatis
 inchoat, non inchoat in nobis
 inchoat in nobis, inchoat in nobis

Amor in quo nobis felicitatis
 inchoat, non inchoat in nobis
 inchoat in nobis, inchoat in nobis

Amor in quo nobis felicitatis
 inchoat, non inchoat in nobis
 inchoat in nobis, inchoat in nobis

Amor in quo nobis felicitatis
 inchoat, non inchoat in nobis
 inchoat in nobis, inchoat in nobis

Amor in quo nobis felicitatis
 inchoat, non inchoat in nobis
 inchoat in nobis, inchoat in nobis

Amor in quo nobis felicitatis
 inchoat, non inchoat in nobis
 inchoat in nobis, inchoat in nobis

Amor in quo nobis felicitatis
 inchoat, non inchoat in nobis
 inchoat in nobis, inchoat in nobis

Amor in quo nobis felicitatis
 inchoat, non inchoat in nobis
 inchoat in nobis, inchoat in nobis

Amor in quo nobis felicitatis
 inchoat, non inchoat in nobis
 inchoat in nobis, inchoat in nobis

Amor in quo nobis felicitatis
 inchoat, non inchoat in nobis
 inchoat in nobis, inchoat in nobis

Amor in quo nobis felicitatis
 inchoat, non inchoat in nobis
 inchoat in nobis, inchoat in nobis

Amor in quo nobis felicitatis
 inchoat, non inchoat in nobis
 inchoat in nobis, inchoat in nobis

Amor in quo nobis felicitatis
 inchoat, non inchoat in nobis
 inchoat in nobis, inchoat in nobis

Amor in quo nobis felicitatis
 inchoat, non inchoat in nobis
 inchoat in nobis, inchoat in nobis

Articulus primus verus.

Amor concupiscentiæ seu omninò
 mercenarius, quò Deum dumtaxat
 cuperemus, Deum autem ob unum no-
 stræ felicitatis commodum, & quoniam
 solum nostræ felicitati congruens in-
 strumentum in eo nos nacturos putare-
 mus, amor esset Deo indignus.

D. Thomas ad- Deum amare ut avarus pecuniam,
 hibet compa- aut voluptuarius voluptatis objectum, ita
 rationem equi ut Deum ad nos, ut medium ad finem,
 aut vini quo unicè referremus. Hæc ordinis perversio
 utimur. 2. 2. q. 110. 2. 2. q. 110. 2. 2. q. 110.
 23. 2. 1. Hæc ordinis perversio esset secundum sanctum Franciscum

Sales. *Sacrilegus amor & summa impie-
 tas.* At amor ille puræ concupiscentiæ
 seu omninò mercenarius nunquam con-
 fundendus est cum amore qui à Theolo-
 gis amor præferentiæ dicitur, qui est
 Dei amor mercenaria nostri commodi
 appetitione mixtus, & in quo illa pro-
 prii commodi mercenaria appetitio præ-
 cipuo fini, divinæ nimirum gloriæ, sem-
 per subordinatur. Amor puræ concupi-
 sciendi seu purè mercenarius potius est
 amor sui quam Dei. Ad justitiam qui-
 dem præparare potest, quatenus animi
 cupiditatibus adversò pondere obsistit

I. Subordina-
 tur implicite
 quemadmodū
 actus quicun-
 que natura-
 lis qui vitio-
 sus non est
 nec ordini

& prudentes nos efficit ad cognoscendum in quo verum bonum sit situm. At essentiali creaturæ ordini repugnat, nec veræ interioris justitiæ principium re ipsa esse potest. Contra præferentiæ amor, licet mercenarius, animam justam efficere potest, modò in eo proprium commodum ad Dei amorem referatur & divinæ gloriæ ut præcipuo fini subordinetur; ita ut non minus sincerè Deum nobis ipsis, quam cæteris omnibus creaturis præferamus; hæc tamen præferentia, modò sit vera, non semper explicita esse debet. Deus enim qui novit quò iutò nos finxerit, & quem filiorum miseret, ab iis distinctam & explicitam præferentiam non postulat, nisi in casibus in quibus dat illis suâ gratiâ virtutem ferendæ probationis, in qua hæc præferentia necessariò explicanda est.

justoriò possis. De dil. Deo.

Illa relatio potest esse tantum habitualis.

Qui sic loquitur, nullatenus recedit à doctrina Sancti Concilii Trid. quod contra protestantes declaravit præferentiæ amorem, in quo divinæ gloriæ motivum est præcipuum, ad quod nostræ mercedis motivum referatur & subordinetur, non esse peccatum.

Damnat eos qui dicunt justos in omnibus operibus

2. Subordinatur explicitè actus ille naturalis, per alios actus supernaturales, quos justus elicit.

Non præparat positivè, sed tantum removendo obices. Alia cupiditate cupiditas alia refrænatur. ita Bernardus. *Amat ergo iam Deum, sed propter se interim adhuc, non propter ipsum. Est tamen quædam prudentia scire quid ex Dei ad-*

Sess. 6. cap. 11. Ita non solum actus

22 PLACITA SANCTORUM

spei supernatu- peccare, si in illis suam ipsorum socordiam
ralis qui ten- excitando, & sese ad currendum in stadio co-
dit in nostrum hortando, cum hoc ut in primis honorificetur
commodum, Deus, mercedem quoque intuentur eternam.
est bonus in
ordine super- Loquitur ut Sanctus Franciscus Salesius,
naturali, ac omnisque schola quam mystici secuti
DEO gratus, sunt.
Sed etiam sta-
tus animæ quærentis suum commodum affectu mercenario &
naturali, qui adus supernaturales concomitatur, immunis est à
peccato.

Articulus primus falsus.

OMnis mercenarius amor, seu qui mercenariam æterni præmii appetitionem admixtam habet, Deo indignus amor est, quo ut verâ maculâ seu peccato purgandæ sunt animæ. Neque etiam adhibendus est puræ concupiscentiæ seu purè mercenarius amor, qui peccatrices animas ad morum conversionem præparet, harum cupiditates & habitus sic inhibendo, ut habiles fiant verbis fidei placidè audiendis.

Qui sic loquitur formali sancti Concilii Tridentini decreto adversatur, quod

declarat mixtum amorem, in quo divinæ gloriæ motivum dominatur, non esse peccatum. Præterea contradicit sanctorum pastorum experimentis, qui veras morum conversiones, concupiscentiæ amore ac timore merè servili præparatas, plerumque vident.

Articulus Secundus Verus.

Tres sunt diversi gradus, seu triplex habitualis justorum in hac vita status. Primi Deum omnibus amore præferunt, cum sint justi. Sed amor ille licet præcipuus ac dominans, adhuc tamen admixtum *de proprio commodo*, uti *proprio*, timorem habet. Secundi à fortiori Deum omnibus anteponunt. Sed ille amor, licet præcipuus ac dominans, spem de mercede quatenus *propria* adhuc habet adjunctam. Quapropter Sanctus Franciscus Salesius dicit Sanctæ resignati-
Quatenus propria, hæ voces sonant affectum mercenarium, sive spem naturalem.

Vi proprio:
 significat proprietatem sive mercenarium affectum.

Quod proprium & ex proprietate suæ, non ex Deo, sed ex nobis & ex natura.

Desideria propria & subdita non sunt supernaturalia, nec à fonte gratiæ profluentia. Quod proprium & privatum, est naturale. Quod subditum gratiæ, à gratia non profluit; sed actus quo amor ille gratiæ subditur est supernaturalis. Anima tantum resignata, ut ait D. Fr. Salesius, adhuc multa amat præter Dei voluntatem. Hæc procul dubio amore naturali amantur. l. 9. de am. Dei c. 4.

24 PLACITA SANCTORUM

ni inesse propria adhuc desideria, sed subdita. Duo illi amores in quarto, quem in meis definitionibus mercenarium vocavi, amore continentur.

Purus tantum, eo quod sit motivi seu affectus mercenarii expertus, & includat tantum cari tatem & affectus à charitate imperatos, ut ad Dei laudem ac beneplacitum referantur.

Tertii duobus aliis justorum generibus longè perfectiores, planè gratuito præditi sunt amore, qui purus dictus est, ut intelligeretur vacare quolibet alio motivo præter motivum supremæ Dei pulchritudinis, in se & propter se, ut minus amandæ. Idquè hoc antiqui locuti sunt, cum dixere triplicem esse statum. Primus est justorum qui adhuc timent superstitie quodam servili spiritu. Alter est eorum qui propriò commodò adhuc sperant, superstitie quodam mercenario spiritu.

Propriò. En proprietas residua quæ naturalis est & quæ inhaeret spei naturali.

Tertius est eorum qui vocari filii merentur, quòd Patrem absque ullo mercenario spei & timoris motivo diligant. Id ipsum posteriorum temporum authores aliis vocabulis æquipol-

Spiritus mercenarius non est in Spiritu Sancti dono.

lentibus præcisè expresserunt. Ex iis triplicem statum constituerunt. Primus est vita purgativa, in qua vitia impugnantur

Ideo ut ait Sylvius, vocantur filii, quod sint tantum filii. vide instruc. pastor.

amore, qui mercenarium motivum timoris ob pœnas æternas adjunctum habet. Alter est vita illuminativa, in qua ferventes virtutes parantur amore, qui admix-

Etiamsi adhuc in charitate crescant, hoc maximè non intendunt, sed principalis eorum cura, ut ait D. Thomas, est amori inhaerere.

tum habet mercenarium ob caelestem beatitudinem motivum. Tertius denique est vita contemplativa seu unitiva, in qua manent DEO uniti placido puri amoris exercitiis. In hoc postremo statu nunquam amittuntur nec timor filialis, nec spes filiorum DEI, quamvis mercenarium omnis spei & timoris motivum amittatur.

Timor, dum purgatur, perficitur. Fit amor tener & filialis reverentia quae tranquilla est. Tunc castus est timor qui manet in saeculum saeculi. Spes similiter, nec dum amittatur, amoris puritate perficitur. Tunc reale est desiderium & sincera expectatio promissorum, non generatim solum & absolutè, sed & in nobis & pro nobis, juxta Dei beneplacitum implendorum, sed hoc uno ipsius beneplaciti nullo mercenario commodi nostri adjuncto motivo. Non sufficit puro illi amori nullam praeter Deum mercedem velle. Quilibet purè mercenarius, qui distinctam eorum quae revelata sunt fidem haberet, nullam praeter Deum mercedem velle posset, quia clarè ipsum nosset ut bonum infinitum, utq; unum verum sibi praemiū aut unicum suae felicitatis instrumentū. Mercenarius ille nihil in futurā vitā praeter Deum vellet, sed Deum vellet ut ob-

Spes timore longe perfectior. Namque perfecta caritas foras mittit timorem scilicet servilem, non spem, in quam vivam regeneravit nos Christus Dominus. Sed Patres de timore ac spe respectu ad servos & mercenarios frequens dixere conjunctim.

Motivum genericum beneplaciti DEI motiva specifica singularum virtutum in se continet, excludit tantum motivum mercenarium, si ve affectum naturalem à gratiae fonte non profluentem.

26 PLACITA SANCTORUM

En vides affectivam beatitudinem, seu beatitudinis
 objectum, quod referret ad suam beatitudinem
 formalem, id est, ad se ipsum quem
 beare vellet & ultimum finem constitue-
 ret. Contra qui purè amat, omni merce-
 naria proprii commodi appetitione seclusa,
 nullo jam mercenario proprii commodi
 motivo excitatur. Beatitudinem sibi
 vult ob id unum, quod sciat eam velle
 Deum, & velle ut quisque nostrum eam sibi ad
 Dei gloriam velit. Si quo casu, qui pro-
 pter promissa purè gratuita impossibilis
 est, animas Justorum ipso corporalis in-
 teritus articulo, vellet in nihilum redu-
 cere, aut eas suo conspectu orbare, & in
 perpetuis tentationibus & vitæ calamita-
 tibus detinere, ut sanctus Augustinus sup-
 ponit, aut procul à se omnes inferni
 pœnas per totam æternitatem illis infli-
 gere, ut sanctus Chrysostomus post san-
 ctum Clementem Alexand. supponit, a-
 nimæ, quæ sunt in hoc tertio puri amo-
 ris statu, eum nec minus amarent, nec
 illi minori fide servirent. Iterum con-
 stat hanc suppositionem propter promif-
 sa esse impossibilem; cum Deus se nobis
 ut remuneratorem tribuerit, nostram bea-
 titudinem à Deo, finali perseverantia a-
 limato, se jungere non possumus. At quæ
 bello motivum ex parte objecti se jungi nequeunt, ex par-
 te se tenet ex te motivorum maximè realiter separari

De Civit.

D. l. 21, c. 15.

Hom. 16. in Ep.

ad Rom. L. 4

strom. p. 485.

p. 519. & 528.

Card. Bona su-

pra laudatus.

Ergo in li-

bello motivum

se tenet ex te

possunt. DEUS animæ fidelis beatitudo non esse non potest. At Deum amore ita gratuito diligere potest, ut ille Dei beatitudinis intuitus nullatenus amorem augeat, quo eum de se non cogitans prosequitur; eumque tantumdem amaret, si nunquam eius beatitudo futurus esset. Qui hanc motivorum præcisionem vanam subtilitatem diceret, Dei, sanctorumque in seipso æmulationem ignoraret; vanam subtilitatem vocaret amoris gratuiti puritatem & perfectionem quam omnium sæculorum traditio in hac motivorum præcisione posuit.

parte objecti id est ex parte beatitudinis nec objectivæ nec formalis aut creatæ, sed tantum ex parte affectus voluntatis, quæ objectum appetit. Idem omnino objectum potest diversimodè appeti aut purissimo, aut mercenario motivo sive affectu.

Vide Testimonia Patrum contemplantium ac Theologorum à me prolata, Instruct. Past.

Qui sic loquitur, loquitur ut universalis christiana traditio & perpetua ab antiquissimis Patribus ad Sanctum Bernardum, ut celeberrimi Scholæ Doctores à Sancto Thoma ad nostræ ætatis Doctores, postremo ut omnes mystici in sanctorum album relati, aut ab universa Ecclesia approbati non obstantibus, quas passi sunt, contradictionibus. Nihil est in Ecclesia hac doctrinâ evidentius, nihilque adeo temerarium esset quam velle eam impugnare aut eludere: illa impossibilis ca,

28 PLACITA SANCTORUM

sus suppositio, quam modò diximus, tantum abest, ut posteriorum ætatum temeraria & periculosa sit adinventio, ut contra expressè reperiatur apud sanctum

Hic Testi-
um ordo in-
versus incu-
riã illorum,
qui me ab-
sente, libel-
li typis man-
dandi provinciam ceperant.

Clementem Alexandrinum, Cassianum, Sanctum Chrysoctomum, Gregorium Nazianzenum, Anselmum & Augustinum quos maximus Sanctorum numerus secutus est.

Secundus articulus falsus.

En insipientes qui nec se ipsos intelligunt, ut ait Hugo à Sancto Victore. Hos ego longè durius & acrius increpo. Hoc delirium voco portentosam stultitiam, horrendam blasphemiam, inhumanam & impiam desperationem. *Vide seq. pag.*

Est amor adeò purus, ut mercedem, que est ipse Deus, jam nolit. Eam nec sibi nec in se jam vult, quamvis fide edoceamur eam Deum & nobis & in nobis velle, jubereque ut eam ad ipsius gloriam velimus. Amor ille adeò est gratuitus, ut Deum in perpetuum odisse & ab eo amando desinere non renuat, aut adeò gratuitus, ut timorem filialem amittat, quæ una est amoris æmulantis puritas, aut spem omnem in nobis extinguit, quatenus spes purissima placidum est desiderium recipiendi nobis

& in nobis promissorum effectus, Secundum Dei beneplacitum & ad ejus gloriam absque ullo mercenario proprii commodi adjuncto motivo. Aut adeo purus est, ut reali odio nos ipsos oderimus, ita ut propter Deum, in nobis ejus opus & imaginem jam non amemus, quemadmodum illam in proximo charitate diligimus.

Qui sic loquitur, horrenda blasphemie, & impia desperationi & divini operis odio, puri amoris nomen tribuit; portentosa stultitia vult quo principio Deo consentimus, eodem illi nos adversari. Fictitio amore amorem ipsum extinguere intendit. In animis Christianam pietatem dirimit.

Articulus tertius verus.

Tamdiu relinquenda sunt animae in eo amore, qui mercenarium proprii commodi motivum adhuc adjunctum habet, quamdiu eas gratiae suavitas in eo finit permanere. Quin etiam reverenda sunt ea motiva quae in scripturis sanctis, in omnibus antiquissimis traditionis monumentis, denique in Ecclesiae precibus passim habentur. Ea motiva

Si quis aliquid praeter proprii commodi desiderium mercenarium excludat, in salutis cupiendae negotio, hunc ut impium & detestor. At

mor nostri supernaturalis hic proponitur, quo deficiente, in odium nostri impium laberemur.

Objecta nobis a Deo promissa, ut jam saepe annotavimus per se non sunt mercenaria, namque id, quod mercenarios

constituit, non **30 PLACITA SANCTORUM**

se tenet ex parte objecti, sed ex parte potentia ita affecta ut naturaliter sui amans objectum mercenarie exspectat. **adhibenda sunt ad coercendos animi motus, virtutes stabilendas, & animas à carnis vitæ præsentis rebus avocandas.**

ideo dici possunt improprie objecta affectus mercenarii, quod mercenarium hunc affectum provocent, si ita affecta sit anima; sed in gratuitis animabus suprema illa bona purissimam tantum spem gignunt. Scripturæ quidem motivum seu affectum mercenarium non imperant, neque suadent, sed propositis præmii commodis, in imperfectis animabus indirectè solatium mercenarium fovent, donec infans ablactatus uno solidiore cibo vesci queat.

Alimentum amoris supernaturalis cum adjuncto naturali & mercenario solatio ingentem numerum peccatorum, id est piissimorum fidelium numerum per omnes ætates enutrit. Hoc naturale solatium subducente infirmis animabus alioquin piis periculosum foret, **Ille amor, quamvis amore purissimo minus perfectus, ingentem tamen per omnes ætates sanctorum numerum peperit, & pleræque sanctæ animæ in hac vita nunquam ferè ad purissimi amoris perfectionem attingunt. Eas turbaret, tentationi objiceret, qui illis proprii commodi subtraheret motiva mercenaria, quibus amoris subordinatis innituntur, & instanti periculo incitantur. Inutile ac temerarium est illis eminentiorem ostendere amorem, quem assequi nequeunt, quoniam hujus nec interiori lumine nec gratiæ suavitate alliciuntur. Illæ etiam, quæ hujus aut lumine, aut delectatione moveri incipiunt, longissimè distant ab eo verè possidendo. Illæ denique quibus verè quidem, sed imperfectè inest hujus realitas, longè adhuc distant ab habendo æquali & in habitualem statum verso hujus amoris exercitio.**

In dirigendis animabus hoc opus est, ut gratiæ pedetentim summâ patientiâ, cautione & subtilitate solummodo subservias. Hoc unum tibi agendum, ut Deum agere sinas, neque unquam de puro amore loquaris, quàm cum Deus interiore unctiōe animum aperire incipit huic verbo, quod animabus adhuc sui studiosis adeo durum est, quodque eas aut offendere aut turbare tam facile posset. Atque etiam animæ nunquam auferendum est mercenarii motivi columen, cum primum pro gratiæ allectu purum amorem illi ostendis. Sufficit illi interdum indicare quam amabilis in se sit Deus, eâ nunquam abducta à quærendo mixti amoris motivo.

Qui sic loquitur, loquitur ut gratiæ spiritus & interiorum viarum usus semper dabit eloqui; animas ab illusione tutas præstet. actu & explicite proponendus infirmis.

Ita pedetentim insinuanda, non repente intimanda ardua & perfecta de puro amore supernaturali doctrina.

Qui ablato
omni solatio
humano & naturali animas
indiscriminatim impellere
ad amandam
beatitudinem
sola gloria DEL
intuitu, & pura
erga nos charitate
moverent,
is idem præstaret
ac si singulos fideles ad
martyrii tormenta
indelicenter proxime
paratos vellet. Summa
perfectio est
quidem finis
remotus omnium,
non autem proximus



manu

Articulus tertius falsus.

Amorem hunc memineris, velim, non esse actum naturalis & mercenarii amoris, sed statum, ubi charitas præminet cæteris virtutibus supernaturalibus, & ubi amor sui naturalis adhuc saepe actus de liberato ex erit, qui actus supernaturales concomitatur.

Amor mercenarius, amor est abjectus, crassus, Deo indignus, à generosis animis contemnendus. Efficiens dum statim est, ut eum fastidiant, sicque ab initio ad amorem planè gratuitum aspirarent. Auferenda sunt illis timoris motiva de morte, de divinis Judiciis, de infernò, quæ servis dumtaxat competunt. Subducendum est cælestis patriæ desiderium, & quælibet mercenariæ spei motiva amputanda. Ubi semel operâ tuâ amore planè gratuito delectatæ fuerint, supponendum est ad eum amorem hujusmodi suavitatis & gratiæ eas allici; amovendæ sunt ab omnibus exercitiis quæ ad purissimam hujus amoris perfectionem non pertinent.

Qui sic loquitur Dei vias, & gratiæ operationes ignorat. Vult spiritum spirare ubi volumus, cum ubi vult, spiraret. Interioris vitæ gradus confundit. Animabus spirituales inspirat ambitionem, & avaritiam, de quâ B. Joannes à Cruce loquitur. Illas removet à verâ puri amoris simplicitate, qui unum id agit, ut gratiam sequatur, neque unquam

quàm illam prævenire præsumat. In contemptum vertit christianæ justitiæ fundamenta, temporem scilicet, initium sapientiæ; & spem, quâ salvi facti sumus.

Articulus quartus verus.

IN habituali puri amoris statu, tantum abest ut spes pereat, ut contra perficiatur, & suam à charitate distinctionem servet. Primò spei habitus in animâ remanet infusus, & in eâ producendis hujus virtutis actibus est consentaneus. Secundò: virtutis hujus exercitium à charitatis exercitio semper manet distinctum; idque hoc modo. Non finium diversitas virtutum diversitatem aut specificationem parit. Omnium virtutum finis unus esse debet, quamvis aliæ ab aliis verâ specificatione distinguantur. Una charitas, ut asserit Sanctus Augustinus, omnes virtutes exercet*, & varia sortitur nomina pro diversis quibus applicatur objectis. Sanctus autem Thomas, charitas, ait, *omnium virtutum forma est*, omnesque ad suum finem, Dei scilicet gloriam, refert. Sanctus Franciscus Salesius, qui *merce-*

Lib. I. de morib. Eccle. Cath. cap. 15. * *Exercet*, secundum quod Apostolus ait charitas cre-

C

dit, sperat *Et* *mercenarium omne motivum ab universis per-*
 hoc præstat, *fectorum virtutibus tam expressè ac fre-*
 dum virtutes *quenter amovit, Augustini & Thomæ,*
 animat, earum- *quos laudavit, vestigiis diligenter insti-*
 que actus im- *tit. Omnes ii secuti sunt universam*
 perat. *ter, ac forma traditionem, quâ tertius constituitur ju-*
virtutum. Ni- *storum gradus, qui mercenarium omne*
hil omninò es- *motivum à sui amoris puritate exclu-*
se virtutem af- *dunt. Ergo constat in hoc statu non*
firma verim, ni- *esse quærendam spem mercenario mo-*
si summum a- *tivo exercitam; alias manu alterâ*
morem Dei. *destrueretur, quod alterâ constructum es-*
 Ait August. de *set; tam sancta traditio luderetur; idem*
 moribus eccl. *simul affirmaretur, & negaretur; in a-*
 l. 1. c. 15.

S. Fra. Sal. *more planè liberali mercenarium moti-*
 XI. *vum quæreretur. In memoria igitur stu-*
 entret. de la *diosè retinendum, non finium aut mo-*
 simp. *tivorum diversitate distingui, aut speci-*
 Vide Cassia- *ficari virtutes. Formalium *objectorum**
 num Coll. XI. *diversitate distinguuntur. Ut spes à cha-*

Per finem *ritate verè distincta remaneat, non ne-*
 & motivum, *cessè est eas *diversum finem habere, imò**
 verba hic po- *ut rectæ sint, ad eundem finem referan-*
 sita ut syno- *tur oportet. Formale spei objectum non*
 nyma, intelli- *esse formale charitatis objectum sufficit.*
 ge non obje- *Atqui in habituali amoris maximè gra-*
 ctum nudè *tuiti statu duo formalia harum virtutum*
 sumptum, sed *objecta diversissima remanent; ergo hæ*
 simul amore *duæ virtutes in hoc statu veram distin-*
 quo voluntas *ctionem, & specificationem ad exactam*
 ultimatiè mo- *scholæ normam conservant. Formale*
 vetur.

EXPLICITA.

38

charitatis objectum est Dei bonitas seu pulchritudo simpliciter, & absolute in se sumpta absque ulla idæa ad nos relativa. Formale spei objectum est Dei bonitas, quatenus nobis congruit, & est quid arduum; atqui illa duo objecta præcise sumpta, & secundum conceptus formales maxime differunt. Ergo objectorum diversitas utriusque hujus virtutis distinctionem seu specificacionem servat. Constat Deum, quatenus in se perfectus est, nec ad me relatus & Deum quatenus est meum bonum quod consequi studeo, duo esse formalia objecta diversissima. Nulla est confusio ex parte objecti, quo virtutes specificantur, sed tantum ex parte finis, * eaque confusio occurrere debet: virtutum specificacionem nullatenus mutat. Una hæc superest difficultas ut explicetur, quomodo anima plane liberalis Deum ut suum bonum velle possit; nonne illud est, inquit, perfectione illius amoris excidere, in Dei viâ retrogredi, atque ad mercenarium motum reverti, reclamante perpetua traditione sanctorum, qui a tertio justorum gradu omne mercenarium motum amoveant? Facile responderi potest purissimum amorem nunquam inhibere quin velimus, contra, facere ut positive velimus quidquid

*Hic Finis, & motivum idem sonant. Finis & objectum formale opponuntur in his vocibus. Ergo ablato motivo seu sine mercenario, saluum remanet objectum formale, quod apud scholas motivo equivaleat.

En vides de solo motivo mercenario recidendo hic agi.

C ij

36 PLACITA SANCTORUM

Per motivum, nos velle vult Deus. Deus vult ut Deum
 objectum for- velim in quantum est bonum meum,
 male ne intel- mea beatitudo, mea merces. Eum for-
 ligas, sed prin- maliter sub hac præcisione volo, sed
 cipium amo- maliter sub hac præcisione volo, sed
 ris, quò volun- eum non hoc præcisè motivo, * quòd
 tas movetur. meum sit bonum, volo. Objectum &
 Principiū autē motivum discrepant. Objectum est mer-
 amoris tunc ces at motivum non est mercenarium,
 non est mer- cum unum Dei beneplacitum spectet.
 cenarium; un- Objectum hoc formale volo, & in hac
 de dixi: *obje- reduplicatione, ut schola loquitur, at
 ctum est mer- illud volo unâ consensione cum Dei vo-
 ces, at motivū luntate, qui facit ut id velim. Objec-
 non est merce- tum formale est spei justis omnibus
 narium. Con- communis, formale objectum; & ab
 stat eo loco objecto formali specificantur virtutes.
 me expressis- Finis unus est, qui charitatis, ac finum
 vim & efficaciã unitas nunquam virtutes confundit. Pro-
 objecti for- culdubiò summum meum bonum velle
 malis adstru- licet, quatenus summum meum bonum
 xisse. Quòd est, quatenus meum est, non alterius
 si præter commodum. idque velle ut Deo con-
 scholæ mo- sentiam, qui vult id me velle. Tunc
 rem abje- id volo quod verè est, & quod novi *ut
 ctio formali meam mercedem maximam*, quamvis id
 motivum nullo mercenario motivo intendam. In
 distinxi, id hoc statu spes manet à charitate distin-
 feci eò ani- eta, *puro & gratuito ejus statû incolumi.**
 mo ut probor- Hoc ipsum sanctus Franciscus Salesius
 rum mysti- explicuit his verbis tam Theologicè præ-
 corum locu- cis: *longè aliud est dicere mihi Deum
 tionibus libel- non hoc præcisè
 lum accom- motive,*
 modarem.*

amo, ac dicere, propter me Deum amo.
Primum est sancta sponsæ affectio; al-
terum est summa impietas.

exclusi hanc
mei boni ap-
petitionem
quæ non ten-
deret explici-
tè ad finem
superiorem
gloriæ vel be-
neplaciti
Dei.

Qui sic loquitur, Theologalium vir-
tutum distinctionem in perfectissimo
interioris vitæ statu servat, ac proinde
nullatenus à Sancti Concilii Tridentini
doctrinâ discessit. Simul traditionem
explicat patrum, doctorum, scholastico-
rum atque sanctorum mysticorum, à qui-
bus suppositus est tertius justorum gra-
dus, qui sine ullo mercenario motivo
sunt in habituali puri amoris statu.

*Hinc col-
ligas me ex-
clusisse af-
fectum natu-
ralem ac
mercenarium

de quo B. Franciscus Salesius ait *propter me Deum amo.*
Hunc affectum excludo, non tantum si sit solus & dominans
in animâ, Sed etiam quando cum subditus & habitu tantùm mo-
do refertur in Deum.

Quartus falsus.

IN tertio hoc perfectionis gradu non
jam vult anima suam salutem ut suam
salutem, nec Deum ut supremum
bonum, nec mercedem, ut mercedem,
quamvis Deus id velle nos velit. Un-
de sequitur non jam posse nos ullum
veræ spei actum à charitate distinctum
elicere, id est non posse nos Dei pro-
missa, etiam ad Dei gloriam, nobis cu-
pere & expectare.

Qui si loquitur, perfectionem ponit in formali voluntati Dei repugnantia, qui vult nostram salutem & vult nos eam ut nostram mercedem ad ejus gloriam velle. Simul, contra sancti Concilii Tridentini decretum, virtutum Theologalium exercitium confundit.

Articulus quintus verus.

INter justos, duplex est status diversus. Alter est sanctæ resignationis. Anima resignata multa sibi vult, aut saltem De amore Dei I. 9. c. 4. vellet mercenario proprii commodi motivo. Sanctus Franciscus Salesius dicit illi adhuc superesse *propria desideria, sed subdita* Divinæ voluntati, quam suæ utilitati præfert, mercenaria desideria subjicit, & subordinat. Hinc ea *resignatio bona est ac meretur.* Alter status est sanctæ indifferentiæ. Proprii commodi motivo mercenario anima indifferens naturalibus, sed nihil jam sibi vult, nulla jam sunt illi mercenaria, quæ subjiciat *desideria*, quod desideria resignatione subdantur & ordinantur. In statu indifferentiæ pleberatâ mercenariâ proprii commodi ap-

*Meretur resignatio non quidem desiderii propriis ac proinde naturalibus, sed desideria resignatione subdantur & ordinantur.

subjicit, & subordinat. Hinc ea *resignatio bona est ac meretur.* Alter status est sanctæ indifferentiæ. Proprii commodi motivo mercenario anima indifferens naturalibus, sed nihil jam sibi vult, nulla jam sunt illi mercenaria, quæ subjiciat *desideria*, quod desideria resignatione subdantur & ordinantur. In statu indifferentiæ pleberatâ mercenariâ proprii commodi ap-

petitione, exceptis iis occasionibus *quibus* *omni* *sua* *gratia* *fideliter* non coöpe-
ratur. Anima indifferens, cum gratiæ ple-
ne obtemperat, nihil vult præter Deum;
Et quemadmodum Deus suavitate gra-
tiæ facit ut velit.

rumque nulli
sunt actus de-
liberati amo-
ris naturalis,
in quo situs
est mercena-
rius affectus.

Sunt casus
in quibus variante paulisper & ad momentum gratiâ, variant
& actus absque infidelitate. Sed ubi gratia minimè variat,
voluntas non potest variare, nisi cum minori gratiæ coope-
ratione, quæ quidem non semper est peccatum, sed imper-
fectio tenuissima.

Multa quidem extra Deum amat:
at unâ Dei causâ, uno Dei ipsius amore,
Deum diligit in omnibus, quæ Deus fa-
cit ut diligat. Sancta indifferentia nihil
est præter gratuitum amorem, & sancta
resignatio, nihil præter amorem merce-
narium,* qui Dei gloriæ proprium com-
modum mercenariè expetitur subijcit.
Indifferentia semper æquè nec longius
perfecto amore patet. Ut indifferentia
ipse amor est, maxime quoque reale
& positivum est principium. Positiva
& formalis voluntas est, quâ omnem Dei
voluntatem nobis cognitam vere volu-
mus & optamus. Non est stupida quæ-
dam indolentia, interior inertia, quæ-
dam non voluntas, generalis suspensio,
perpetuum animæ æquilibrium. Con-
tra est determinate, positive, & constan-
ter omnia velle & nihil velle, ut loquitur

*In indifferen-
tiæ statu ni-
hil amatur nisi
ipsius Dei a-
more. Ergo
quæ amantur
extra Dei vo-
luntatem in
statu resigna-
tionis, aman-
tur alio amo-
re, qui à gratiâ
Spiritus Sancti
non infundi-
tur, & est na-
turalis.

Amor ille ex
naturâ; sed re-
signatio quâ
subijcitur, est
ex gratiâ.

40 PLACITA SANCTORUM

Per amorem mercenarium semper intellige ipsam charitatem, sed quæ adhuc adjunctum habet in statu animæ amorem sui naturalem, seu affectum mercenarium, uti jam expresse dixi superius in interpretando quarto amoris statu.

* In statu indifferentiæ ex principio gratuiti amoris volumus beatitudinem increatam & creatam, & cætera omnia bona supernaturalia quæ ad hunc finem conducunt: hoc est fundamentum immotum; atqui velle salutem &c. non est esse indifferens de salute. Ergo in statu indifferentiæ perfectissimæ nunquam anima est indifferens de salute, nec de cæteris ipsi adjunctis. Indifferens est tantum erga solatium mercenarium. Adverte hanc vocem *propriam* & *commodum* mercenariè sumptum sonare affectum naturalem.

Cardinalis Bona. Nobis nihil, omnia Deo volumus. Nihil volumus ut simus perfecti & beati ad proprium mercenariè sumptum commodum, sed omnem perfectionem & beatitudinem omnem volumus, quantum Deo visum est gratiæ impressu efficere ut hæc velimus secundum scriptam ejus legem, quæ nobis norma inviolata est. In hoc statu jam non volumus salutem ut nostram *propriam*, ut æternam liberationem, ut mercenarium mercedem, ut *commodum mercenariè sumptum* nobis maximum; sed illam plenâ voluntate volumus ut Dei gloriam, & beneplacitum, ut id quod vult, quodque vult nos propter ipsum velle.*

Manifestè amens esset, qui puro amore renueret bonum quod nobis Deus vult impertiri, quodque nos velle jubet. Amor maximè gratuitus velle debet id quod nobis Deus vult, quemadmodum

& id quod vult alteri. Absoluta determinatio, qua nihil velles, amorem gratuitum non constituerit, sed extingueret, cum ille amor sit desiderium, & vera voluntas: non constitueret tantam indifferentiam, cum indifferentia sit animæ status velle, & nolle æquè paratæ; Deo velle quidquid vult; & sibi nunquam velle quod Deus se nolle significat. Cum è contrariò stultissima illa determinatio ut nihil velis, impia sit, adversus omnes cognitæ Dei voluntates, & omnes ejus gratiæ impulsus repugnantia.

Ambiguitas igitur est sublata facilis, cum te salutem non desiderare dicis. Planè eam ut Dei voluntatem desideras, eam hoc sensu rejicere horrenda esset blasphemia, & cautissimè hac de re semper loquendum est. Solummodò constat nos salutem nolle, quatenus est nostra merces, nostrum bonum, nostrum commodum mercenariè sumptum. Hoc sensu dixit Sanctus Franciscus Salesius, Si Paulus plus beneplaciti Dei esset in inferno, sanctorum paradysum relinquerent ut illuc pergerent. Et alibi: Vita eterna desiderium rectum est, sed una Dei voluntas est desideranda. Et iterum: Si Deo servire absque merito possemus, id optandum nobis esset. Et alibi: indifferentia resignationem supereminet, nihil enim amat nisi ob

Nolle salutem est reluctari adversus Deum, & principio indifferentiæ obistere.

Hæc dicta sunt, ne plus justo tribuat lector verbis B. F. Salesii mox proferendis maximè istis. Vita eterna desiderium rectum est, sed una Dei voluntas est desideranda.

Ed. Lugd. vide instr. Pastor.

42 PLACITA SANCTORUM

Dei voluntatem. Ita ut indifferentem animam coram divinâ voluntate nihil moveat. Cor indifferens simile est cereo in manu Dei globo omnium aeterni beneplaciti impressuum aequè capax. Nihil eligit, ad omnia paratum est, cuius voluntatis obiectum est una Dei voluntas; quod amorem suum collocat, non in rebus quas Deus vult, sed in voluntate Dei qui eas vult. Alibi de Sancto Paulo, & de Sancto Martino loquens, ait: Cælum sibi apertum vident, mille labores intuentur in terris; in neutram partem quantum ad delectum moventur, unâ Dei voluntate in alteram inclinant. Ac deinde: si suam damnationem Deo paulo magis placituram quam salutem existimaret, missâ salute, damnationem amplecteretur. Sic iterum: non requiritur solum ut divinae providentiæ acquiescamus quantum ad temporalia, sed multo amplius quantum ad id quod spiritualem vitam & perfectionem spectat. Et alibi: si vè ad id quod exterius pertinet, nihil velis, nisi quod Deus tibi voluerit. Denique alibi dicit; Nihil ferè cupio, at si denuò nascerer, nihil omnino cuperem. Si Deus veniret ad me, ad eum quoque irem, sin ad me venire noleret, hic starem neque ad eum irem. Omnes posteriorum ætatum sancti ab Ecclesiâ approbati similibus verbis sæpif-

simè utuntur. Summatim significant nul-
 lum superesse proprium & mercenarium perandæ locu-
 desiderium, quantum ad meritum, per-
 fectionem, æternamque beatitudinem.

Qui sic loquitur: nullam ambiguita-
 tem relinquit in materiâ tanti momenti,
 in quâ tam periculosum esset aliquam
 pati: occurrit omnibus fallaciis, quibus
 re omnium sanctissimâ, & pretiosissimâ,
 puro nimirum amore, abuterentur. Lo-
 quitur ut omnes Patres, præcipui scholæ
 Doctores, & omnes sancti,

ab Spiritu Sancto impressum, absit ut unquam cum mercenario ac naturali
 rescindatur.

Quintus falsus.

Sanctissima indifferentia est voluntas. Fines certos
 absolutè suspensa, quædam non vo-
 luntas, cujuslibet desiderii etiam gra-
 tuiti exclusio. *Amore perfectè gratuito*
longius patet. Non vult nobis bona æ-
 terna, quæ, ut scripta lex docet, Deus
 nobis vult impertire, & quæ vult, ut
 ob ejus gloriam & nobis & in nobis
 recipere desideremus. *Omne desiderium*
vel maximè gratuitum imperfectum est.
 In eo fita est perfectio, ut jam nihil

* Ita reman-
 perandæ locu-
 tiones ut pro-
 prium & mer-
 cenarium de-
 siderium erga
 omnia Dei do-
 na tantummo-
 do amputa-
 tum velint. De-
 siderium vero
 supernaturale
 omnium do-
 norum cum sit
 à Spiritu San-
 cto impressum,

ac naturali
 rescindatur.
 Fines certos
 amoris gratui-
 to frequens
 posui: Ergo
 & indifferen-
 tiæ, cui eos-
 dem præter-
 gredi semper
 nefas.

44 PLACITA SANCTORUM

cupiamus, non solum Dei dona, sed nec Deum ipsum, & finamus eum in nobis facere quod illi visum fuerit, non adhibita à nobis ullâ reali aut positivâ voluntate.

Qui sic loquitur; omnes humanæ rationis notitias confundit, fictitiam perfectionem in absolutâ Christianismi atque etiam humanitatis extinctione ponit. Verba satis odiosa excogitari nequeunt ad indigitandam adeò portentosam amentiam.

Articulus sextus verus.

Quid aper-
tius contra
indifferentiam
quæ omne &
gratuitum de-
siderium tol-
leret.

SANCTA indifferentia quæ nihil aliud est quam amor gratuitus, nedum gratuita desideria excludat, reale est atque positivum, *gratuitorum omnium*, quæ scripta lex jubet, & quæ gratia nobis inspirat, desideriorum principium. Sic David vir *desideriorum vocatus*. Sic Psalmista Deum compellabat: *ante te omne desiderium meum*. Indifferens anima, non solum salutem ut *Dei beneplacitum plenè optat*, sed & *perseverantiam*, defectuum emendationem, *amoris incrementum*, id præstante *gratiarum incremento*, & *generatim*, nullâ re exceptâ, *spiritualia*

Omnia atque etiam temporalia bona, quae secundum providentiae ordinem, media sunt ad nostram & proximi salutem praeparata. Sancta indifferentia admittit non solum distincta desideria & expressas petitiones ut omnes Dei voluntates nobis cognitae perficiantur, sed etiam generalia desideria ad omnes Dei voluntates nec nobis perspectas. *

Hic loquor ex professione contra eos qui dicerent se nolle salutem aut media ad ipsam conducentia.

* Voluntates Dei nobis perspectae, sunt consequenter de mediis ad salutem non nobis perspectis. Praeterea altera pagina docuit indifferentiam esse principium omnium desideriorum quae lex scripta jubet. Hanc autem legem dixi regulam nostram absque ulla variatione. Vide quae infra in paginam immediatam sequenti extant. Certè dum salutem plenam voluntate appetimus credentes esse de fide Deum nos velle salute donare, non possumus reprobationis voluntati ignotae assentiri. Voluntas Dei permissiva, ut alibi monui, nostrarum voluntatum regula non est. Ergo non debemus voluntati scriptae refragari, quae regula nostra semper est, ut obtemperemus voluntati permissivae & ignotae quae nusquam regulae rationem habet.

Qui sic loquitur, secundum vera sanctae indifferentiae principia loquitur, & secundum mentem sanctorum, quorum verba singula, ex praecedentibus & sequentibus perpensa, ad hanc puram & in fide sanam explicationem, facile reducuntur.

Sextus falsus.

Sancta indifferentia nullum admittit distinctum desiderium, nequè ullam formalem petitionem ad ullum spirituale aut temporale bonum, licet ad nostram aut proximi salutem ordinatum. nunquam admittendum est ullum ex sanctis desideriis, ad quæ nos interius moveri sentimus.

Qui sic loquitur, divinæ voluntati adversatur, dum ei specie tenus purius obsequitur. *Scriptam legem violat, quæ desideria nobis imperat, quamvis ea non imperet, quæ mercenariè, sollicitè, aut semper distinctè concipiuntur. Insanã subtilitate verum amorem extinguit.*

• Qui cum Scripturæ verba blasphemus condemnat, nec non & Ecclesiæ preces quæ & imperfectis orationes & desideria sæpius continent. rat, debet petere cum eis à Deo quidquid Ecclesiæ petit. Ergo eadem præcisè bona optanda & petenda, licet diverso affectu, gratuito scilicet, dum imperfecti mercenarium admiscant.

*Se ipsum excommunicat sibi que in fidelium cœtu & ore & corde precandi facultatem adimit. **

Articulus septimus verus.

NULLUS est, neque indifferentiæ, neque ullius perfectionis in Ecclesiâ cognitæ, status, qui animabus miram & insolitam inspirationem tribuat. Interiorum viarum perfectio constat unâ puri amoris viâ, quo Deus gratuito diligitur; & puræ fidei, quâ in meris tenebris inceditur, absque ullo alio lumine quàm fidei, quod commune est omnibus christianis. Hæc puræ fidei obscuritas nullum insolitum lumen admittit. Non quod Deus, qui suorum donorum dominus est, in hoc statu extases, visiones, revelationes, internas communicationes largiri non possit; verum ad hanc puræ fidei viam non spectant; & a sanctis accepimus, his luminibus tunc non esse immorandum, sed *ea prætergrediendum*, ut ait B. Joannes à Cruce, atque in fide maximè & nudâ & obscurâ standum esse.* A fortiori cavendum est ne in viis, de quibus quando adjunctum, & quò anima impotentiam supernaturalem ad actus discursivos experitur, diligenter secernendum à contemplatione, quæ est *intuitus amans*. Illi raptus non pertinent ad viam puræ fidei. Et si fortè in eâ quid tale eveniat, hoc est per accidens.

Quoties de inspiratione quid dictum fuerit, hoc dictum puta de gratiâ omnibus justis plus minusve datâ, quâ Deus cupit inspirat quæ bona sunt.

* Hinc colligas raptum quemdam actionis, contemplationi ali-

48 PLACITA SANCTORUM

loquimur, ulla supponatur miraculosa & insolita inspiratio, quâ indifferentes animæ seipsas ducant. Una est il-

*Ergò volun-
tates Dei
nondùm cog-
nitæ, quibus
anima con-
sentit, non
possunt spec-
tare reprobationem æternam; nam
ex legis præ-
cepto, debet
semper salu-
tem, sibi pa-
ratam à Deo
& quam
Deus vult
nobis, effla-
gitare.

*
Hic virtutum
distinctarum
exercitia ex-
pressissimè
statuuntur.

illud est
quod
in
re
à scriptæ legis
omni præcepto
unquam eos eximit;
eam inspirationem
potentio-
rem dumtaxat,
& magis
specialem in animabus
ad purum amo-

lis norma, legis scriptæ præcepta & consilia, & gratia actualis, legi perpetuò conformis. Quantum ad præcepta, semper illis absque dubio supponendum est neminem à Deo desereri, à quo prius non deseratur; ac proindè gratiam, semper prævenientem, illis semper adesse, ut præceptum perficiant eo casu, quo perficiendum est. Sic illius est omnibus voluntatis viribus gratiæ cooperari, nè præcepti transgressione gratiæ desit. Iis autem casibus, quibus in præceptum non abeunt consilia, absque anxietate generatim debent amoris, aut speciatim quarundam virtutum distinctarum * actus exercere, prout internæ gratiæ suavitate, in hos potius quam in illos, quâque occasione feruntur. Hoc constat, eos gratiâ ad quamlibet actionem præveniri; eamque gratiam, quâ interius spirat Dei spiritus, quâlibet occasione in eos ita spirare; eam inspirationem non esse nisi eam quæ iustis omnibus communis est, & quæ nullâ in re à scriptæ legis omni præcepto unquam eos eximit; eam inspirationem potentio-rem dumtaxat, & magis specialem in animabus ad purum amo-rem

rem allectis, quam in iis quæ solum
 amorem mercenarium sortitæ sunt; quia
 Deus magis se perfectis quam imper-
 fectis communicat. Ita cum quidam
 sancti mystici ad sanctam indifferentiam
 inspirata desideria admiscere, cætera au-
 tem rejecere; cave ne credas eos vo-
 luisse desideria cæterosque à lege scriptâ
 preceptos actus excludere, & solos ex-
 traordinariè inspiratos admittere. * In le-
 gem blasphemares, eique simul fanati-
 cam inspirationem antepones. Desi-
 deria, cæterique actus inspirati, quos
 si sancti mystici intellexere, illi ipsi
 sunt, qui lege jubentur aut consiliis pro-
 bantur, & gratiæ semper prævenientis
 auxilio ab anima indifferente seu gratui-
 tâ concipiuntur, absque ullâ mercena-
 riâ sollicitudine ei admixtâ ad gratiam
 præveniendam. Sic reducuntur omnia
 ad legis litteram, & puri amoris præ-
 venientem gratiam, cui anima coopera-
 tur, nec tamen prævenit.

* En cautio
 sæpè reperita,
 & quæ obser-
 vata diligen-
 ter, illusioni
 grassanti oc-
 currit.

Qui sic loquitur, veram mystico-
 rum mentem explicat. Omnes ambigui-
 tates, quibus alii decipi, alii offendi pos-
 sunt, è medio tollit. Animas ab omni
 illusionis specie tutas præstat. Formam
 habet sanorum verborum, ut Sanctus
 Paulus præcipit.

D

Septimus falsus.

Eadem cautio
indefinenter
inculcata.

A Nimæ in sanctâ indifferentiâ stabilitæ, nullum jam norunt vel gratuitum desiderium, quod concipere scriptâ lege jubeantur. Nihil jam illis optandum nisi ea, ad quæ inclinantur inspiratione miraculosâ vel extraordinariâ independenter à lege. A Deo aguntur, vel moventur, & quidlibet edocentur, ita ut illis & in illis Deus solus desideret, nec per liberum arbitrium ei cooperari ullo modo indigeant. Sancta earum indifferentia, quæ omnia desideria eminenter complectitur, eas ab ullis unquam edendis eximit. Inspiratio earum una norma est.

Qui sic loquitur, omnia præcepta & consilia eludit, ea eminentius implendi prætextu. Impiam fanaticorum sectam in Ecclesia statuit. Obliviscitur Christum in mundum venisse, non ut legem solveret aut minueret, sed impleret & perficeret; ita ut cælum & terra transitura sint, antequam verba, à Salvatore ad firmandam legem prolata transeant. Denique omnibus mysticis crassè contradicit, eorumque funditus evertit sy-

itema de purâ fide, quod manifestè alienum est ab omni miraculosâ & insolitâ inspiratione, quam anima, ut normam, & columen ultrò sequeretur, quo se à perficienda lege eximeret.

Articulus octavus verus.

SANCTA indifferentia, quæ nihil *un-** *idem fines*
quam est præter gratuitum amorem*, *certi centies*
 fit in extremis probationibus id quod *scripti.*
 sancti mystici derelictionem sui dixere,
 quo significatur animam se totam atque
 integram Deo permittere quoad omnis
 proprii commodi mercenariam appeti-
 tionem; at nunquam amorem abjicit,
 aut quidquam eorum, quæ ad dilecti glo- * *In abnega-*
 riam & beneplacitum pertinent. Hæc *tionem nun-*
 sui permissio una est abnegatio, seu sui- *quam abjici-*
 ipsius renuntiatio nobis à Christo in *antur quæ à*
 Evangelio tantopere commendata, post- *DEO ipso*
 quam externa omnia missa fecerimus. *fluunt, cujus-*
Hæc abnegatio unam nostri commodi mer- *modi sunt*
*cenariam appetitionem spectat**, nec un- *gratiæ opera-*
 ratio, amor Dei & nostri à Spiritu Sancto inspiratus, & virtu- *tio in nobis,*
 tes variæ, quæ manant ex puro gratiæ fonte. Atqui abnega- *nostra coope-*
 tione renuntiatur juxta libellum proprio commodo quatenus
 proprio & mercenariè sumpto. Ergo commodum illud non est
 quid supernaturale, sed tantum affectus naturalis ac mercena-
 rius erga virtutes & beatitudinem creatam. D ij

§2 PLACITA SANCTORUM

* En iterum
 atque iterum
 amor nostri
 sedulo incul-
 catus.

Mercenaria
 commodi pro-
 prii appetitio
 abneganda.
 Nunquam ex-
 tinguendus a-
 mor nostri
 gratuitus,
 quem nobis
 ut proximo
 propter Deum
 debemus.

Ergo ex libel-
 lo evidenter
 constat, sacri-
 ficium affectus
 mercenarii
 non impedire,
 quominus ju-
 stus amans sui,
 propter Deum
 sibi salutem,
 quatenus sum-
 mum suum
 bonum, ex-
 opter. En lo-
 cus insignis u-
 bi de illo no-
 stri amore supernaturali & gratuito expressissime dixi.

* Bona via compendii.
 * Hæ probationes per se breves, ex culpâ animæ sunt ali-
 quando diuturniores.

quam debet extinguere gratuitum amo-
 rem, quem nobis ut proximo propter
 Deum debemus. * Extremæ probationes
 quibus hic amor est exercendus, sunt
 tentationes quibus Deus æmulator amo-
 rem purgare vult, nullo perfugio, nullâ
 spe, *quoad proprii commodi etiam æterni*
mercenariam appetitionem, ostensâ. Pro-
 bationes illæ à pluribus sanctis descri-
 buntur ut purgatorium terribile, quod
 ab alterius vitæ purgatorio eximi pos-
 sunt animæ, quæ illud integrâ fidelitate
 ferunt. Stultorum est, ut asserit Car-
 dinalis Bona * *sublimibus illis & arca-*
nis fidem denegare eaque ut falsa, licet
 haud perspicua, vilipendere, cum ea
 testentur venerabiles viri, qui loquun-
 tur experti, quod Deus in cordibus o-
 peratur. Hæ probationes sunt tantum
 ad tempus. Quò magis animæ in iis
 sunt fideles gratiæ, ut se omni proprii
 commodi appetitione mercenariâ zelo-
 typum amorem *purgare sinant*, eò etiam
 breviores *sunt illæ probationes.* * Ple-
 rumque *occultâ, sub specioso prætextu,*
 obfistentiâ gratiæ, mercenario & solli-
 cito *earum conatu*, ut sensibilia retineant
præsidia, quæ vult illis *subtrahere*, ea-

probationes tam diuturnæ tamque acerbæ efficiuntur. Neque enim facit Deus, ut creatura patiatur, quò gratis patiatur. Id agit, ut eam purget, & ejus repugnantiam superet. Tentationes, quibus amor ab omni proprii commodi mercenaria appetitione purgatur, vulgaribus tentationibus sunt ab- similes. Certis eas indiciis discernere possunt directores periti, ad nihil adeò periculosum est, quam ut vulgares incipientium probationes cum iis, quæ in perfectissimis animabus amori plenissi- mè purgando destinantur, confundere. *

Totis illusionis hac origo est: ideò in horrenda peccata errantes animæ prol- abuntur. Hæ probationes sunt solum- modò supponendæ in paucissimis ani- mabus, quæ maximâ puritate, & mor- tificatione perficiuntur, in quibus caro spiritui jam dudum subjacet; * quæ so- vitium, sed directoris rudis. Probatio quæ à Deo destinatur ad purgandam animam piam ab affectu mercenario in virtuti- bus exercendis, oportet ut distet longe à tentationibus quibus vitia crassa refrænantur. Quando Deus vult ablaetare animam à solatio mercenario, ne speres illam pacatam facere amo- rem naturalem & mercenarium refovendo.

*Hoc discrimen diligen- tissimè obser- vandum. Pe- riculum erro- ris in dire- ctore imperi- to vitari non potest, non est hoc via

* Pacifici, inquit Augustinus, l. 1. de serm. Domini in monte c. 2. & 3, in semetipsis, sunt qui omnes animi sui motus componentes & subjicientes rationi, id est menti & spiritui, carnalesque concupiscentias habentes edomitas, fiunt regnum Dei. In quo ita ordinata sunt omnia, ut id quod est in homine præcipuum & excellens, hoc imperet cæteris non reluctanti- bus his verbis August. concupiscentiam edomitam, & partem infe- riorem non reluctantem voluit, non tamen concupiscentiam penitus extinctam aut perpetuam sopitam dixit, nec ego.

54 PLACITA SANCTORUM

lidè omnes Evangelicas virtutes exercuere. Oportet eas animas humiles & sinceras esse, adeò ut suas infirmitates publicè confiteri pararæ sint. Adeò dociles sunt oportet, ut nunquam quæ sibi imperantur, dura licet & humilia, exequi dubitent. * Oportet eas nulli solatio, libertati nulli addictas esse; ab omnibus solutas, etiam ab ipsâ, quâ solutionem hanc edoctæ sunt, viâ; omnibus exercitiis, quæ sibi imponentur, paratas. Nulli adhærere, nec suæ orationis speciei, nec suis experimentis, nec lectionibus, nec iis quos olim cum fiducia consuêre. * Probasse oportet earum probationes à vulgaribus discrepare; quod vera eas sedandi via una sit, nolle in iis perceptum, ad mercenariam proprii commodi appetitionem præsidium nancisci.

* Hæ cautiones hic scriptæ sunt, ut summam animæ afflictæ docilitatem, sinceritatem, & macerationem perspectam habeat director. Sin minus, omnia valdè suspecta sint illi.

* Aliæ cautiones pernecessariæ, nè libris aut directoribus nimium obsequantur animæ.


* En illa separatio affectus humani & naturalis, ab affectu gratiæ, quâ ad purum amor excogitur.

Qui sic loquitur, ad verbum repetit sanctorum experimenta, ab ipsis narrata, simul periculosissimis occurrit incommodis, quæ ex nimia credulitate oriuntur, si in praxi rarissimæ illæ probationes facilius admitterentur; quia paucissimæ animæ eam perfectionem attingunt, in quâ unum mercenariæ appetitionis residuum, divino amor permixtum, purgandum superfit. *

Qui sic loquitur, ad verbum repetit sanctorum experimenta, ab ipsis narrata, simul periculosissimis occurrit incommodis, quæ ex nimia credulitate oriuntur, si in praxi rarissimæ illæ probationes facilius admitterentur; quia paucissimæ animæ eam perfectionem attingunt, in quâ unum mercenariæ appetitionis residuum, divino amor permixtum, purgandum superfit. *

spem quatenus est gratuitum promissorum desiderium, neque Dei amorem, neque summum peccati, vel venialis, odium, neque intimam & momentaneam certitudinem, rectæ conscientiæ necessariam. Unam amittit sensibilem ex bono delectationem, suavem & affectivum fervorem, sollicitos & mercenarios virtutum actus, certitudinem, quæ confectâ re ex mercenariâ mentis reflexione, oritur, quâ sibi gratum de suâ fidelitate testimonium exhibeat. Actus illi directi, & qui reflexas cogitationes fugiunt, sed qui sunt maximè reales, & qui in ea omnes virtutes intemeratas servant, à Sancto Francisco Salesio *mentis apex aut culmen animæ* vocantur. Hic turbationis & caliginis status, qui ad tempus est, non caret, etiam dum durat, placidis illis intervallis, per quæ affulgent quidam gratiarum maximè sensibilium splendores, non absimiles fulguribus in obscuræ noctis tempestate micantibus, quorum nullum superest vestigium.

Qui sic loquitur, & secundum catholicum dogma, & secundum sanctorum mysticorum experimenta loquitur.



Nonus falsus.

A Nima in his extremis probationibus, absque prævia infidelitate gratiæ, veram & plenam in suo statu perseverandi potentiam amittit. In realem incidit impotentiam implendi præcepti, in urgentis præcepti casu. In quo casu fides explicitè agere debet, explicitam fidem definit habere. Cessat sperare, id est, expectare, & vel gratuitâ mente, promissorum in se effectum optare. Non jam Deum prosequitur amore, qui percipiatur, aut non percipiatur. Non jam peccatum odit. Hujus, non sensibilem solum & reflexum, sed & maximè directum & intimum horrorem admittit. Jam caret omni internâ & momentaneâ certitudine, quâ conscientiæ rectitudinem, eo quo agit temporis momento, servet.

Cessant omnes interioris vitæ essentialis virtutum actus. Desinunt etiam quoad eorum operationem magis directam, minusque reflexam, quæ secundum Sanctorum mysticorum sermonem *mentis est apex & anime culmen,*

Octavus falsus.

INteriores probationes gratias sensibiles & perceptas in perpetuum adimunt. Distinctos amoris, & virtutum actus in perpetuum supprimunt. Animæ realem & absolutam afferunt impotentiam se superioribus aperiendi, atque iis quoad essentialem Evangelii praxim obtemperandi. A communibus tentationibus discerni nequeunt. Potes hoc in statu te superiores celare, te obedientiæ jugo subtrahere, atque in libris aut authoribus non approbatis levamen, & lumen, quo indiges, quærere, prohibentibus etiam superioribus. Qui te dirigit, te in iis probationibus versari supponere potest, quamvis tuæ animæ statum, quoad sinceritatem, docilitatem, mortificationem, humilitatem, penitus nunquam probaverit. Eam statim admovere potest ad amorem ab omni mercenario affectu in tentatione purgandum, nullo prius ab ipsâ elicto mercenario actu, quo urgenti tentationi obsistat.

Qui sic loquitur, animabus venenum porrigit. Fidei arma, ad resistendum

§8 FLACITA SANCTORUM
salutis adversario necessaria, illis detrahit. Omnes Dei vias confundit. Ecclesiae filios rebellionem & hyprocrisim docet.

Articulus nonus verus.

ANima, quæ in his extremis probationibus se Deo permittit, ab eo nunquam deseritur. Si in summo quo cruciatur dolore, eximi eo efflagitat, eam audire ob id unum renuit Deus, quod velit ipsius virtutem in infirmitate perficere, & ejus gratia ei sufficiat. In hoc statu non amittit nec veram potentiam, & in genere potentiae completam, ad præcepta realiter implenda, nec potentiam perfectissimis obtemperandi consiliis, secundum suam vocationem, & præsentem perfectionis gradum, nec reales & internos ad ea implenda liberi arbitrii actus.

Fides explicita de salute venientem, neque *fidem explicitam*, neque quam Deus vult nobis largiri; & spes non quidem naturalis, & mercenaria, sed gratuita tunc maximè vigent, sed exerceri possunt actibus directis, qui fugiunt animam simul atque vult ea reflexâ sollicitudine requirere, ut mercenario affectui indulgeat. Hoc dictum puta solummodò pro tempore probationis extremæ. Hæc velis, nolis, dicenda de scrupulosâ ac piâ animâ, quæ intemeratâ conscientiam, peccati se consciam opinatur aut somniat.

Qui sic loquitur, Christianam pietatem perficiendi specie, eam extinguit purgando amori probationes destinatas, facit universale fidei omnisque Christianæ virtutis naufragium. Profert quæ fideles, verbis fidei innutriti, audire nunquam debent, nisi continuò ad ea aures obstruant.

Articulus decimus Verus.

Promissa de æternâ vitâ purè sunt gratuita. Nobis gratia nunquam debetur; alioquin jam non esset gratia. Deus summo jure nunquam debet nobis, nec perseverantiam ulque ad mortem, nec vitam æternam post corporis interitum. Nostræ etiam animæ non debet, ut hæc finitâ vitâ existat. Sinere posset quasi proprio pondere in suum nihilum relabi. Alioqui ipsius creaturæ duratio ab ejus libertate non penderet; & creatura fieret necessaria. At quamvis Deus summo jure nihil unquam nobis debeat, jura in purè gratuitis suis promissis fundata nobis ultrò concessit. His promissis se ut supremam beatitudinem largitus est animæ, quæ perseveranter illi fidelis est. Hoc ergo sensu verum est

60 PLACITA SANCTORUM

suppositionem omnem, quâ, Deum licet amando, te ab æternâ vitâ exclusam existimas, esse impossibilem; Deus

* Cum hic enim fidelis in promissis, non vult mortificari peccatoris, sed vivat & convertatur. Hinc constat omnia sacrificia, quæ circa summam æternam beatitudinem facere solent animæ, esse conditionalia.* 1. Dicunt: Deus meus, si per impossibilem æternis pœnis, sine tui amoris jactura, me addiceres, non minùs te amarem.

At sacrificium illud in statu solito absolutum esse non potest. In uno extremorum probationum casu sacrificium fit aliquo modo absolutum. 2. Tunc anima, invincibiliter persuaderi potest reflexa persuasione, & quæ non est intus à perfectis peragendum, sed tantum conditionale. Secundum absolutum quidem, sed quod perficitur in extremis tantum probationibus. Utrumque circa beatitudinem versatur. Sed primum immolat conditionatè ipsam beatitudinem ex suppositione impossibili. Secundum versatur circa beatitudinem, non autem ipsius beatitudinis est sacrificium; nam victima, quæ tum immolatur, est tantum *interesse proprium* circa beatitudinem. Notandum est Gallicè *sur* & Latinè *circa* idem præcisè sonare.

2. Dixi sacrificium secundum fieri *aliquo modo absolutum*. En restrictio expressissima, quâ sensum propositionis incompletum & suspensum volui, donec inferius explicaretur. Igitur lectori minimè licet eam in pravam sensum immaturè trahere. Quid significant hæc verba suspensa *aliquo modo absolutum*, inferius declarabitur pag. 90. 18. lib. Gall. Antequam secundum sacrificium explicarem, casum & persuasionem in quibus fit, explicandum censui. Diversis in sacrificiis diversi supponuntur casus impossibiles.

EXPLICITA. ATIDA 61

in conscientia, jure se à Deo repro-
 bari. 3. 4. 5. 6. Ità Sanctus Fran-
 ciscus Salesius se reprobum esse in Ec-
 clesià S. Stephani de gressibus opinatus
 est. Anima sic perturbata intuetur se, ut
 Deo contrariam præteritâ suâ infidelita-
 te, & præsentî induratione, quæ repro-
 bationis mensuram implere illi videntur.
 Pravas suas propensiones pro deliberatis
 voluntatibus accipit. Non perspicit ve-
 ros amoris, aut virtutum actus, qui summâ

3. Casus impossibilis sacrificii absoluti non est idem ac
 casus impossibilis sacrificii conditionati. Anima quæ con-
 ditionate beatitudinem ipsam immolat, supponit ex impos-
 sibili, ut impossibili cognito, se in amore perseverantem,
 beatitudinē à Deo privandam. pag. 87. l. 8 anima vero quæ
 in extremâ probatione sacrificium proprii interesse circa
 beatitudinem peragit, supponit è contrariò ut casum verum
 & actualem se *juste à Deo reprobari*, quippe quæ *præteritis*
culpâ, & præsentî induratione ad reprobationem mensuram im-
pleverit. pag. 88. l. 7. *De bona Dei voluntate minimè dubitat,*
sed suam reputat pravam. pag. 89. l. 6. Qui eam de sua
 rectitudine edocere volunt, *illi sunt scandalo* pag. 88. l. 20. Is
 casus, qui *actualis videtur* animæ, revera est omnino impos-
 sibilis. Nec enim fieri potest, ut anima quæ dilectionem enixè
 concupiscit, tum dilectione privetur. Neque etiam possibile
 est ut animæ, cui spes præcipitur, denegetur absolutè mi-
 sericordia & gratia, quibus spem inniti oportet. Is igitur
 ille casus est in quo anima se Deo contrariam, indurata, ac
 reprobendam fingit imaginatione perturbata. Suppositio pri-
 mi casus impossibilis fit extra probationis angustias. Secundi
 hujus casus supposito fit tantum in extrema animæ perturba-
 tione. vide pag. 87. 88. 89. & 90, quibus id præcisè assen-
 titur.

4. Persuasio reprobationis est convictio non iusta sed

apparens pag. 90. l. 21. Eam vocavi quandam *persuasionis specie* pag. 88. l. penult. *Non est ex intimo anima fundo* sub fin. pag. 87. *Est involuntaria perturbatio.* pag. 87. l. 16. *Est involuntaria desperationis impressio.* pag. 90. l. 8. His abunde patet quam cautè ab eà persuasione omne voluntarium sustulerim ; neque esse verum & deliberatum intellectus iudicium , sed tantùm perturbatæ imaginationis involuntariam illusionem. Affirmavi veros fidei & spei actus cum eà persuasione apparenti exerceri posse. pag. 91. l. 5. & pag. 92 l. 11. Directorem admonui *ne unquam suaderet aut sineret animam credere persuasione liberâ ac voluntariâ se esse reprobam, nec sibi amplius optanda promissa.* pag. 92. l. 7.

5. Eam persuasionem *invincibilem* dixi, eò quod non sit deliberatum mentis iudicium, sed imaginationis perturbatæ involuntaria illusio, quam ratio excutere nequit. Ita B. F. Salesius *diu perlatâ reprobationis impressione, & quasi certo mortis responso, tandem devenit in ultimas tanti cruciatus angustias, ubi hoc terribile propositum sive sacrificium emittere oportuit.* Instruct. D. Epi. Meld. pag. 339. Ita non nisi tentatis antra cæteris omnibus remediis, huicce *terribili proposito* seu Sacrificio recurrendum est. Idem Antistes Meld. ait pag. 434. *Dsum speciali instinctu urgere has animas ad hoc genus sacrificii, & ab eis exigere suo impulsu, ut hoc veluti pariant.*

6. Hanc persuasionem *reflexam* vocavi, non quod in operatione intellectus reflexivâ consistat, sed tantum quod intellectus reflexa cogitatio eam per accidens gignat. Reflexa operatio in solâ superiore parte, ad quam intellectus omnino pertinet, fieri potest. Aperte dixi pag. 21. Hanc animæ perturbationem in inferiore parte residere. In quo autem consistat præcisè pars inferior, libellus declarat ibidem. Ita sepeo partem superiorem ab inferiore ut *sensus & imaginatio non sint participes pacis & gratia donorum qua Deus tum sæpè intellectui & voluntati largitur.* En vides partem superiorem in intellectu & voluntate positam, inferiorem verò in sensibus & imaginatione, quæ reflexionis cujuscumque incapax est. Subjunki pag. 122. l. 18. *Imaginationem ac sensus vocari partem inferiorem, ut sacernantur ab eà operatione directâ & intimâ intellectus ac voluntatis, quam superiorem partem vocant.*

Quod autem dixerim *operationem directam & intimam intellectus & voluntatis vocari partem superiorem*, hoc ne dictum puta, quasi hæc operatio sit sola ad partem superiorem pertinens, & sic à parte superiore operationem reflexam excluderim, sed tantum quod operatio illa directæ, de quâ solâ tùm agebatur, in ea separatione animæ, ad superiorem partem, & ad ipsum mentis culmen pertineat. Vide pag. 89. 115. 116. 117. 118. 119. 120.

Animæ separationem fieri dixi per discrimen actuum directorum & reflexorum, sed nusquam asserui separationem in eo discrimine consistere. Anima in se reflectens, actus virtutum directos, nullo sensibili vestigio conspicuos, frustra quærit. Vide pag. 89. l. 10. Hinc per accidens perturbationis origo. Occurrit imaginatio tumultuans, ac vanam vitiorum speciem præ se ferens. Tum cessante dulcissimo reflexionum testimonio, & obstrepente imaginatione efferâ, anima se ingratham, impiam, induratham, ac reprobam indeliberatè sibi affingit. Persuasio ex reflexionibus per accidens oritur. Est tantum *apparens & imaginaria*. Ideò dicitur passim *involuntaria desperationis impressio*, Nusquam verum ac deliberatum intellectus iudicium, quod fidei ac spei oppositum foret. De quâvis animâ pia & scrupulosâ quæ se induratham ac reprobam perhorrescit; hæc eadem, velis, nolis, dicas necesse est.

simplicitate reflexas ejus cogitationes fugiunt. Leprâ peccati, quamvis apparentis, nec veri, tota, ut putat, inquinatur. Ferre se nequit. Ab iis offenditur, qui eam sedare & hanc persuasionis speciem eripere tentant. Nihil attinet ei exhibere fidei dogma de voluntate Dei, quâ vult omnes homines salvos fieri, & de fide, quâ credere debemus eum velle quemque nostrum salvum esse. De bonâ Dei voluntate hæc ani-

64 PLACITA SANCTORUM

ma non dubitat, sed suam malam esse existimat, quia secum reputando, nihil in se videt, præter malum apparens, quod exterius est & sensibile; Bonum autem, quod verum est atque interius, ipsius oculis, Dei zelotypiâ, subtrahitur. In hac involuntaria & invincibili perturbatione, nihil eam securam facere, nihil illi in intimo sui ipsius fundo potest aperire id, quod Deus eam celare gaudet. Iram Dei conspicit tumentem sibi que imminentem, ut maris fluctus, quibus mox submergenda est. Tunc anima à se ipsâ divisa in cruce cum Christo expirat, dicens: Deus, Deus meus! ut quid me dereliquisti? 7. Hæc

7. Sacrificium quod antea pag. 87. l. 16. aliquo modo *absolutum* dixeram, tum demum explico. Ideo non est simpliciter absolutum, quod beatitudinem ipsam non abdicet, sed tantum interesse proprium circa beatitudinem. Cadit præcisè in hoc interesse proprium, quod ita à beatitudine ipsâ maximè secretum posui. Quid sit autem interesse illud proprium, ex ipso libello facile patet: Est *proprietas* non ex gratiâ profluens, sed Deo subdita in justis. pag. 135. l. r. Est *avaritia* & *ambitio spiritualis*. Circa finem paginae ejusd. Est *impuritas*, pag. 136. l. 10. Est *solatium seipsum videndi perfectum*. pag. 134. l. 19. Est *complacentia*, & *solatium in virtutibus*. pag. 271. l. 1. Est *appetitio gratiæ sensibilis, gustus, facilitatis* & *fervoris, qui solatio, aut securitati verti possunt*. pag. 137. & 138. Visne aliquid adhuc apertius? *proprium interesse spiritus mercenarii reliquias esse* affirmavi, pag. 23. l. 12. & 13. en mercenaritas absoluto sacrificio abdicanda; præterea quintus libelli amor manifestò pertinet, ut ipse annotavi, ad tertium *pauperum statum à patribus laudatum*; in quo spiritus merce-

narii

uarii reliquias imperfectis animabus adhuc inhærentes, amputatas volunt. Sic proprium interesse, nimirum ea mercenaritas, etiam circa beatitudinem, absolute immolari potest, illaeso, imo crescente in dies beatitudinis ipsius desiderio.

Quod si quis adhuc de interesse proprii genuino sensu dubius hæreat, meminerit tres Antistites qui suâ declaratione libellum tantopere impugnarunt, hoc vocabulum *interesse* semper vertisse hoc latino vocabulo, *mercenarium*. Adeo & apud infensissimos censores in confesso est, proprium interesse ipsissimam esse mercenaritatem, quam Patres & Ascetæ eradendam prædicant. Ea mercenaritas est affectus naturalis, quo animæ beatitudinem sibi deliberatè exoptant, quemadmodum sapientiam, veritatem, virtutes naturaliter sibi cupiunt, & metuunt sibi insipientiam, errorem, vitium, & cruciatus æternos.

impressionem desperationis, absolute proprii commodi appetitionem mercenariam, quantum ad eternitatem pertinet, immolat; quia in hac cœcâ perturbatione quâ movetur, casus impossibilis illi possibilis & actu realis videtur. Iterum dico, nihil attinet cum eâ ratiocinari, nullum enim ratiocinium admittere valet. Unice agitur de convictione non quidem intima, sed apparenti & invicibili. In hoc statu anima spem omnem proprii commodi mercenariè appetiti amittit; sed, quoad partem superiorem, seu, quoad actus directos & intimos, nunquam amittit spem perfectam, quæ gratuitò promissa optantur. Deum purius quam unquam diligit. Nedum in ejus odium positivè consentiat, nequie

E

66 PLACITA SANCTORUM

dem indirectè consentit, ut ab eo amando vel uno temporis puncto cesset, ut ullà in re amorem ejus imminuat, ut hujus amoris incremento ullum terminum voluntariè ponat, ut ullam vel

3. Dixi *animam simpliciter acquiescere posse proprio interesse jactura,* venialem culpam admittat. 8. Director tunc potest huic animæ permittere ut simpliciter acquiescat proprii commodi quatenus mercenariè appetiti jac-

Et *justa damnationi quam sibi à Deo indictam arbitratur.* Sed *jacturam* restrictam volui ad solum *interesse proprium* sive mercenarietatem. *Justa damnatio* jacturæ adjuncta ulterius patere nunquam potest. Anima tum acquiescit jacturæ proprietatis circa beatitudinem, id est jacturæ *complacencia, gustus, facilitatis, solatii &c.* In quibus omnem proprietatem posui pag. 134. 135. 137. 138. 271. Pro Deo irato contra seipsam fiat. Se perenni cruciatu dignam & meritò reprobendam judicat. Hæc autem duo valde discrepant. Primum: reprobationem commerui, & si fiat, æquissimam hanc *judico.* Secundum: reprobationis hujus in me *consummationem* exopto & amplector. Primus actus piissimus, cum quo spes optimè cohæret. Secundus impius ac desperatione plenus. Quænam verò sit genuina mens libelli, ex verbis immediate sequentibus liquet, pag. 92. l. 6. *Nunquam autem debes (director) aut ei suadere, aut permittere, ut libera & voluntaria persuasione positivè credat se reprobari, nec jam sibi vel gratuitò operanda esse promissa.* Cui poterit unquam esse persuasum, nisi quis me proflus insanum reputet, me voluisse eadem paginâ, hinc perfectam animam simpliciter *acquiescere sua reprobationi,* illinc nunquam ei permittendum *credere se reprobari nec jam sibi amplius operanda promissa?* Subjuxi in falso articulo *impiam, desperatam, & blasphemam fore animam, si crederet aut se à Deo deserti, aut misericordiam fontem jam sibi exhaustum,* nec amplius *sincerè expetendum* p. 93. l. 5. & 94. circa finem. Hoc idem sonant singulæ libelli pagine. Quid contra? unius loci illatio *commentitia;* verba gratis *detorta* in sensum alienissimum,

turæ, aut justæ damnationi, quam sibi à Deo indictam arbitratur: quo plerumque pax illi restituitur, & sedatur tentatio, huic unì, scilicet purgando amori, destina-
ta. 9. Nunquam autem debet aut ei sua- dere aut ei permittere, ut liberâ & volun-
tariâ persuasione positivè credat se reproba-
ri, nec jam sibi vel gratuito desiderio optan-
da esse promissa. Multò minùs finire debet
eam Dei odio consentire, aut ab ejus amo-
re desistere, aut ejus legem, vel levissimâ
culpâ, violare.

9. Hoc sacri-
fium ut ad-
depellendam
tentationem
maximè effi-
cax à D. Meld.
Ep. prædica-
tur. Namque
ut ait pag. 339.
instruct. B. Fr.
Salesius eo an-
imæ, propriis in-
teresse adeò ex-
perts, demon-
nem, fugavit &
victoria positus
est. Magnum

Qui sic loquitur, secundum experimen-
ta sanctorum loquitur & cautione ad fidei
dogma servandum, atque ab animis illu-
sionis periculum avertendum necessariâ.
sanè & arduum hoc sacrificium, quod *terribile propositum* ab co-
dem præfule nuncupatur; huic peragendo impares sunt pleræque
animæ, alioqui justæ. Non enim ita penitus affectæ sunt in bea-
titudinis consequendæ desiderio, ut si Deus, ex suppositione im-
possibili, pro bonis æternis justo promissis, eas æternis cruciati-
bus addiceret, huic beneplaciti divini decreto plenâ voluntate
assentirentur. Ubi verò sensum in Christo ita excreverint ut co-
naturali solatio possint ablactari, Deus, qui neminem supra id
quod potest, tentat, sed facit cum tentatione proventum, *spiritus*
mercenarii reliquias probatione extremâ exurit, ut amorem suum
per naturalem ad purum excoquat.



Decimus falsus.

A Nima quæ probatur, credere potest animam, liberam & voluntariam persuasione, contra fidei dogma, à Deo se desertam esse, priusquam Deus ab eâ desereretur; aut nullam sibi veniam jam superesse, quamvis eam sincerè cupiat; aut se posse Dei odio consentire, quia Deus vult se illi odio esse; aut posse consentire, ne jam DEUM amet, quod ab ea jam non velit amari; aut amorem voluntariè se posse finire, quod Deus eum ab ea finire velit; aut posse legem violare, quòd legem ab ea violari Deus velit. In hoc statu anima jam vacat omni fide, spe, desiderio promissorum gratuito; omni vero & intimo Dei amore; mali, nimirum peccati, odio vel implicito; veram gratiæ cooperatione: sed nihil agit, nihil vult, æque Deo ac sibi nihil cupit; nullos virtutum actus nec reflexos nec directos exerit.

Qui sic loquitur, quæ ignorat blasphematur, & in iis quæ novit corrumpitur; tentatione animas prostermit, prætextu eas puras præstandi. Christia-

nam pietatem ad impiam & stolidam de-
 sperationem redigit: omnibus etiam sanis
 mysticis, crasse adversatur, qui affir-
 mant hujus statûs animas ardentissimum
 in Deum amorem præ se ferre ejus amissi
 dolore, atque summum mali horrorem
 eâ, quâ plerumque eos, qui se consolari
 & sedare volunt, impatientiâ tolerant.

Articulus undecimus verus.

DEus nunquam deserit justum, nisi
 prius ab eo deseratur. Ipse bonum
 est sui ipsius diffusivum; quò amplius
 accipitur, eò amplius communicatur.
 Nobis solum obstantibus ejus bona re-
 stringuntur, aut differuntur. Hoc es-
 sentialiter discrepant lex nova & lex
 vetus, quòd lex vetus *ad nihil perfecti*
 hominem *duceret*; bonum & malum in-
 dicaret, neque illius faciendi, aut hujus
 vitandi opem conferret; cum nova sit
 lex gratiæ quæ *dat velle & perficere*, nec
 quidquam præcipit, cujus adimplendi
 veram potestatem non tribuat. * Quem-
 admodum ii, qui veteri legi parebant,
 peccatores, qui justitiâ deciderint, arguitur bene eos non fuisse
 desertos à Deo, nisi postquam ipsi Deum deseruerint. Sic & col-
 ligendum justos qui perfectione tantisper decidunt, & à scripturis
 sanctis minùs laudantur, minùs gratiæ suæ cooperatos fuisse, an-
 tequam Deus illis gratiam suam minuerit.

* Ex scripturæ
 increpationi-
 bus contra

70 PLACITA SANCTORUM

certi erant se rerum temporalium minu-
tionem non visuros; *inquirentes autem do-*
minum non minuentur omni bono; sic gratiæ
fideles animæ, nullam patientur diminu-
tionem gratiæ quæ semper prævenit, &
genuinum est legis Christianæ bonum. I-
ta quæque anima, ut Deo sit fidelissima,
nihil solidi, nihil meritorii agere potest,
nisi gratiam perpetuò sequendo, cum eam
prævenire non egeat. Qui vult eam
prævenire, id vult sibi dare quod ea non-
dum dat; aliquid à se ipso suæque indu-
striâ seu proprio conatu expectat; inest

* Is conatus ei subtile nec perceptibile semipelagiani
certè non est zeli residuum, eo ipso tempore, quo gra-
ille, quem tan- tiam optat ardentius. * Debemus qui-
topere com- dem nos parare ad accipiendam attrahen-
mendat, & uti damque gratiam: verùm id unâ gratiæ
necessarium in damque gratiam: verùm id unâ gratiæ
quocumq; ju- cooperatione faciendum est. Fida præ-
sto astruit Au- sentis gratiæ cooperatio, est efficacissima
gustinus. Is præparatio ad accipiendam, aut attra-
certè est cona- hendam imminentis temporis gratiam.
tus naturalis Re igitur propiùs perpensâ, perspicu-
ac mercena- um est omnia reduci ad fidelem totius
rius, qui non voluntatis, omniumque animæ viri-
est ex gratiâ, um gratiæ cujusque momenti coopera-
sed eam ante- tionem. Quidquid huic cooperatio-
vertere studet, ni in omni suâ extensione sic acceptæ
& ità eam tur- moratur; ut adderetur, nihil aliud esset quàm in-
bat, debilitat, videre est pag. consultum ac temerarium studium, in-
seq.

EXPLICITA.

quietus ac sollicitus mercenariæ animæ conatus, intempestiva motio, quæ gratiæ cooperationem turbaret, debilitaret, moraretur *, nedum facilem, aut perfectiorem efficeret. Perindè est ac si homo ductus ab altero, cujus omnes impulsus sequi deberet, ipsius impulsus continuo prævenire, & quolibet instanti vellet reverti, ut, quod jam percurrisset spatium, metiretur. Motus ille inquietus, & cum præcipuo motore male compositus, hoc unum præstaret, ut utriusque cursum impediret atque tardaret. Talis est justus in manu DEI; eum gratiâ suâ indefinenter movet. Omnis motio anxia & inquieta quâ gratiam prævenis, ne satis non agas; omnis sollicita motio, extra præcepti casum, per quam nimiam & mercenariâ cautione eas tibi affectiones tribueres, quas gratia tunc non inspirat, quoniam alias quæ seq.

En affectus mercenarius, qui gratiam antevertens ad suum solatium, naturalis est, veluti ardelio qui operosè nihil agit. Quantum distat ab illâ simplici & placidâ excitatione animæ, quam spiritus pacis infundit & quam dixi semper necessariam de fide tribus paginis seq.

1. Nunquàm à justis expectanda gratia generatim sumpta, quia semper nos prævenit. Ergo nunquam vacui ac desides gratiæ impressam expectemus, sed illi indefinenter cooperemur actus.

2. Gratia non semper inspirat omnes actus meritorios. Sed singulos singulis momentis. Ergò inspirante gratiâ unum actum, ad alterum, ea reluctante, ne te exares sollicitudine mercenariæ.

minùs consolantur, minusque percipiuntur inspirat : omnis motio sollicita & inquieta , quâ velut insignibus repetitionibus, nobis motum incutiamus magis perceptum , & de quo mercenarium à nobis testimonium perhibeamus , * motiones sunt imperfectæ animabus ad gratuitum placidumque perfecti amoris statum vocatis. Hæc actio inquieta & festo est mere *anxia* à veris mysticis dicta est *activitas*, naturalis , quæ nihil commune habet cum actione, namque super-naturalem gratiæ cooperandum necessariis. Cum disturbatur, debilitantur non jam oportere, ut ultro moveamur & conemur , unam amputare intendunt inquietam & sollicitam motionem , quâ gratiam cuperemus prævenire, aut hujus sensibiles impressiones jam præteritas revocare, aut illi respondere cooperatione magis sensibili & magis designata , quàm à nobis exigatur. Hoc sensu excitatio seu *activitas* reverà recidenda est. At si per excitationem intelligatur cooperatio totius voluntatis, omniumque animæ virium, gratiæ cujuslibet temporis momenti , inferendum est de fide esse ; nos quolibet temporis momento esse excitandos , ut omnem nostram gratiam impleamus. * Hæc cooperatio , ut sit gratuita , non minùs est sincera ; ut sit placida , non minùs est efficax ;

* *Activitas* à nobis testimonium perhibeamus , * motiones sunt imperfectæ animabus ad gratuitum placidumque perfecti amoris statum vocatis. Hæc actio inquieta & festo est mere *anxia* à veris mysticis dicta est *activitas*, naturalis , quæ nihil commune habet cum actione, namque super-naturalem gratiæ cooperandum necessariis. Cum disturbatur, debilitantur non jam oportere, ut ultro moveamur & conemur , unam amputare intendunt inquietam & sollicitam motionem , quâ gratiam cuperemus prævenire, aut hujus sensibiles impressiones jam præteritas revocare, aut illi respondere cooperatione magis sensibili & magis designata , quàm à nobis exigatur. Hoc sensu excitatio seu *activitas* reverà recidenda est. At si per excitationem intelligatur cooperatio totius voluntatis, omniumque animæ virium, gratiæ cujuslibet temporis momenti , inferendum est de fide esse ; nos quolibet temporis momento esse excitandos , ut omnem nostram gratiam impleamus. * Hæc cooperatio , ut sit gratuita , non minùs est sincera ; ut sit placida , non minùs est efficax ;

* Quid plenius & apertius contra quietistarum otium ac desidiam?

ut quieta, non minùs est concupiscen-
 tiæ, quam vincit, acerba. Non est *acti-
 vitas*, sed actio quæ maximè realibus,
 maximèque meritoriis actibus constat.
 Sic animæ ad purum amorem vocatæ,
 extremarum probationum tentationibus
 resistunt, *usque ad sanguinem* * quidem,
 placidè tamen, cum in pace sit Domini
 spiritus. Coram DEO, qui est earum
 fortitudo, resistunt. In statu fidei &
 amoris, qui status est orationis, resi-
 stunt. Animæ, quæ mercenariis metûs
 & spei motivis adhuc indigent, ad ea,
 quadam etiam *naturali sollicitudine*, * con-
 fugere debent potius, quàm succumben-
 di periculo sese objiciant; quæ autem
 perpetua experientia, & probis spectata
 directoribus, sentiunt vim suam esse in
 amanti silentio, suamque pacem in a-
 marissima amaritudine, pergant hac ra-
 tione tentationem vincere; nec turbandæ
 sunt, aliunde enim abundè patiuntur.
 Verùm si occulta infidelitate animæ illæ
 suo statu exciderent, ad motiva maximè
 mercenaria ipsis confugiendum esset po-
 tius, quàm in discrimen legis violandæ in
 extrema tentatione venirent.

* Illa excitatio
 includit vim il-
 latam concu-
 piscentiæ reni-
 tenti, & dolo-
 ris certamen
 usque ad san-
 guinem.

* En sollicitu-
 do naturalis
 affectus mer-
 cenarii, ad
 quam confu-
 giendum est,
 quemadmodû
 & ad quodvis
 naturæ leva-
 men, ut tenta-
 tionem ingru-
 entem minuas.

Qui sic loquitur, secundum Evangeli-
 cam normam loquitur, nulla in re debili-
 tatis sanorum mysticorum experimentis
 & sententiis.

Articulus undecimus falsus.

Activitas, quam Sancti amputatam volunt, ipsa est voluntatis actio. Nullos jam actus elicere debet. Non jam indiget gratiæ cooperari omnibus viribus, nec positivè & planè obfistere concupiscentiæ, nec ullam internam aut externam actionem sibi molestam edere. Illi sufficit si Deum siverit eas in se exercere, quæ spontè manant, & quibus natura etiam nullo modo adversatur. Non jam indiget, rectè gratia utendo, se parare ad aliam majorem quæ sequi debet, & quæ primam subsequens, cum ea conjungitur. Absque examine solummodò obsequatur omnibus propensionibus, quas in se sentit, licèt eas non excitet. Jam illi supervacaneus est quilibet labor, vis quælibet, quælibet naturæ violentia. Tantùm maneat nihil volens, & vel in extremis probationibus, bonum inter & malum indifferens.

Qui sic loquitur, tentatoris linguâ loquitur, animas docet rationem sibi struendi insidias; Illis inspirat in malo indolentiam, hypocrisis cumulum: Ad consentiendum omnibus vitiis eas

inducit; qui consensus, ut sit indirectus & tacitus, non minus est verus.

Articulus 12. verus.

A Nimæ ad purum amorem allectæ, æquè parum sibi ac proximo, studere possunt, quoniam & in seipsis & in proximo maximè incognito nihil, nisi Dei gloriam, ejus beneplacitum, impletaque promissa vident & optant. Hoc sensu eæ animæ sunt sibi veluti alienæ, nec jam se amant, nisi eo amore quo cætera creata juxtà puræ charitatis ordinem prosequuntur. Sic Adam innocens unâ DEI causâ se amasset. Se ipsum abnegare & animam odisse, quod Evangelio præcipitur, non est animam DEI imaginem absolute odisse: opus enim Dei bonum & propter eum est amandum. At hoc opus peccato corrumpitur, nosque corruptos odisse æquum est. Puri ergo amoris perfectio in eo sita est, ut jam nos non nisi propter eum amemus*. Animarum maximè gratuitarum vigilantia salutis desiderium. Totus hic fere articulus ad hunc amorem nostri stabiliendum pugnat. En tertius locus ubi certissimè & cautissimè adstruitur.

* Amor sui ipsius requiritur in omni perfecti-
onis statu, etiam amputatâ
omni mercenariâ proprii
commodi appetitione. At
qui posito amore sui restat
semper salutis desiderium. Ergo ablatâ omni mercenaria
commodi appetitione sal-
vum & integrum manet

* Non amabit in homine nisi Deum Aug hom. 38. inter 50.

76 PLACITA SANCTORUM

amori gratuito non est accommodanda.

DEUS, qui eas vocat, ut à se æque ac à proximo sint solutæ, vult simul ut diligentius invigilent sibi, quas curare & sanas præstare tenentur, quam proximo, cujus curam DEUS illis non credit. Attentè etiam eis invigilandum est, quod singulis diebus peragant in commodum proximi, quem regendum eis Deus commisit. Bonus Pastor proximi animæ gratis invigilat; unum in eo Deum diligit; eum à conspectu nunquam amittit; eum solatur, corrigit, suffert. Ita nos ipsos ferre debemus, non nobis indulgentes, nos reprehendere, animo non despondentes. Oportet nobiscum, ut cum alio amanter versari; Ità solummodo nos nostrum oblivisci, ut in nos acerbè & leviter stomachari desinamus; ità nos oblivisci, ut jam nobis placere nolimus; * ita ad summum nos oblivisci, ut sollicitas & mercenarias cogitationes amputemus, cum in puri amoris gratia omnino sumus. At ita nos oblivisci numquam licet, ut desinamus eà diligentiam nobis invigilare, qua proximo invigilaremus, si pastores ejus essemus. Addendum est quoque, tantam nobis de proximo curam non esse mandatam, quanta de nobis, quia in-

* Amandus est Deus pro amore ejus, ita ut, si fieri potest, nos ipsos obliviscamur, Aug. de verb. Domini serm. 54.

teriores alterius voluntates ut nostras dirigere minimè possumus. Unde sequitur pro nobis longè diligentius vigilandum, quàm pro grege Pastor optimus.* Nunquam licet nostrum obvisci ad *recidendas cogitationes reflexas*, etiam maximè mercenarias, si adhuc in mercenarii amoris via sumus. Denique nunquam licet ità nostrum obvisci, ut omne reflexarum cogitationum genus ut quid imperfectum rejiciamus; nihil enim imperfecti continent illæ cogitationes, eoque uno tot animabus sæpiùs nocent, quòd animæ sui amore laborantes rarò aliter seipsas respiciant, quam ut eo respectu impatienter, aut cupido affectu moveantur. Divina inspirante gràtia animæ perfectissimæ perquam utiliter secum reputant Dei in se consilia, præteritas ejus, quas celebrant, miserationes, aut suum in-

* Vide quantas cautiones adhibui, ne hæ voces, & proximum tuum sicut te ipsum, ansam præberent Quietistis minuendi vigilantiam indefessam erga nos ipsos, & amorem nostrum ad cupiendum nobis omnia bona promissa, quatenus bona nobis.

* Quid recidendum est in cogitationibus reflexis? nequidem mercenarius affectus, si anima infirma hoc adminiculo, aut solatio naturali in respuendis caducis ac vetitis indigeat. Reflexæ cogitationes hoc uno efficiunt, quod amorem sui in quibusdam animabus contra gratiæ allectum refoveant, alioqui nullatenus in se sunt imperfectæ.

* En amor gratitudinis, quo Deus diligitur, quippe qui prius nos dilexerit.

78 PLACITA SANCTORUM

teriolem statum, quem Directori exhibere debent. Diligentius tamen gratuitus amor vigilat, agit & tentationi resistit, quàm amor mercenarius. Hoc uno differunt quòd puri amoris vigilantia sit simplex & placida, mercenarii autem, seu minùs perfecti vigilantia, aliquod semper anxietatis & sollicitudinis residuum circumferat; una quippe perfecta charitas foras mittit timorem cum omnibus ejus affectibus.

Qui sic loquitur, verbis utitur correctis, quæ nemini suspicionem moveant, & sanctorum sermoni congruant.

Duodecimus falsus.

* Qui ita loquitur, quantum abest ut resecet, amorem sui super-naturalem ob-tentu amoris gratuiti.

A Nima gratuita; non jam se, vel ipsâ DE I causâ diligit.* Absoluto odio se odit, ut supponens creatoris opus non esse bonum, atque hucuf-que se deserit seu abnegat. Ità se odit ut sui jacturam, aternamque reprobationem deliberatè velit. Gratiam & misericor-

* Consensionem ad reprobationem nostram hic perhorresco. Hic misericordiam postulandam deo expressis & luce clarioribus verbis. Opponunt loca quædam, quæ non salutem, sed erga salutem affectum mercenarium, seu proprietatem naturalem evidentes spectant.

diam renuit. Unam justitiam & vindictam cupit. Ità sit à se aliena, ut nullam sui, nec boni faciendi, nec mali vitandi causâ, curam gerat. Unum optat, sui in omnibus oblivisci, & se continuo à conspectu amittere. Non sufficit illi ea sui oblivio, quâ mercenariam proprii commodi appetitionem abjiciat. Adeò sui vult oblivisci, ut nec proprios defectus corrigat, nec Dei legem etiam ad puram ejus gloriam impleat. Jam se creditam sibi non putat, nec suæ voluntati vigilantiam etiam simplici, placidâ & gratuitâ invigilandum esse. Omnem reflexam cogitationem respuit, cùm intuitus purè directi, nec reflexi solummodo Deo sint digni.

Qui sic loquitur, adversatur experimentis sanctorum, quorum vita maximè interior suas habuit reflexas cogitationes, eas inspirante gratiâ; cùm secum reputantes, & gratias præteritas, & miserias, quibus se DEUS liberavit, agnovissent; & quamplurima, quæ in se experti fuerant, enarraverint. Sui abnegationem vertit in impium animæ odium, quod eam naturâ malam secundùm Manichæorum principia supponit: aut evertit ordinem, cùm, quod bonum est, quodque Deus ut suam imaginem amat, odio habeatur. Omnem extin-

* Vigilantes omnibus periculis occuro, ne fines gratuiti amoris quis supergressus illusioni faveat.

* Amor gratitudinis passim occurrit in libello.

80 PLACITA SANCTORUM

* Num voluit vigilantiam, * gratiæ fidelitatem, at-
hominem ita à tentionem, ut in nobis, Deus regnet,
se alienum fa- rectum quoque nostræ libertatis usum.
cere, ut nec sibi Uno verbo impietatis est & irreligionis
invigilet, nec cumulus.
summum sibi
bonū exoptet?

sibi carus in Deo & propter Deum semper esse debet. Quis, hæc
legens, nefandos errores me execratum fuisse totis præcordiis
non fatebitur?

Articulus 13. verus.

Magnopere discrepant actus simpli-
ces seu directi, & actus reflexi. Quo-
ties recta conscientia agimus, toties inti-
mè certi sumus nos rectè agere; aliter age-
remus dubii, an benè an malè, nec bona fi-
de uteremur. Verùm intima illa certitudo
plerumque sita est in actibus ita simplici-
bus, directis, rapidis, momentaneis, ita re-
flexa omni cogitatione destitutis, ut ani-
ma, quæ, quo temporis articulo eos elicit,
eorum sibi conscia est, nullum distinctum
atq; permanens eorum vestigiū deinceps
animadvertat *, indè fit, ut si quod fecit,
* Si vestigia
adsint, conti-
nuò ab imagi-
natione turbatâ delentur, aut ipsâ obstrepente percipi non pos-
sunt. Ità D.F. Salesius. *Sperant quidem, sed spem suam in tanta
anxietate discernere nequeunt.*

reflexa

reflexâ cogitatione reputet, in dubium incidat: non jam credit se officio functam esse; scrupulo uritur, atque etiam offenditur superiorum indulgentiâ, cum illam de re gestâ tutam præstant.

Sic Deus per directos actus omnem illi agenti præbet certitudinem rectæ conscientiæ necessariam, & per suam zelotypiam subtrahit illi facilitatem iterum hujus certitudinis reflexâ cogitatione, & confectâ re, reperiendæ; ita ut neque eâ ad proprium solatium frui, neque se justam secum reputare possit. Actus autem reflexi fixum & diuturnum post se vestigium relinquunt, quod ubi velis reperias. Eam ob rem animæ adhuc mercenariæ actus maximè insignes ac reflexos indefinenter exercere cupiunt, ut de suâ operatione sibi fidem & testimonium perhibeant: Cum gratiæ animæ ex se ipsis non magis propendeant in actus distinctos, quàm in indistinctos, in directos, quàm in reflexos. Eliciunt reflexos quoties præcipiuntur, aut gratiâ impellente ad eos alliciuntur. Verùm actus reflexos, ut directis anteponendos, mercenariâ sollicitudine ad propriam securitatem non exquirunt. Plerumq; in extremis probationibus, solos illis Deus relinquit actus directos, quorum nullum deinde vestigium percipiant,

* Animæ non credit vero & deliberato iudicio se non sperare, sed nequit sibi de spe suâ fidem facere: Scrupulo uritur, quod de illâ animâ ad extremas angustias redactâ dixi, hoc, velis, nolis, dicendum de scrupulosis qui in eodem casu versantur.

& hoc ipsum animarum est martyrium, dum illis adhuc mercenarium aliquod motivum superest. Illi actus directi & intimi, omni cogitatione reflexâ nudi, quæ ullum sensibile vestigium exprimat, sunt id, quod Sanctus Franciscus Salesius *anima culmen* aut mentis apicem nuncupavit. * In his actibus perfectissimam orationem ponebat Sanctus Antonius cum diceret: oratio nondum est perfecta, cum monachus se novit orare. * Qui sic loquitur, secundum experimenta sanctorum, illæso catholici dogmatis rigore, loquitur. Ea quoque de operationibus animæ dicit, quæ optimorum philosophorum idæis congruunt. ut loquitur B. Fr. Salesius. Pars vero inferior, quæ est imaginatio, nullos actus voluntatis deliberatos habet, nullos actus intellectuales directos, nedum reflexos.

* Cassianus coll. 9. & 10.

Articulus 13. Falsus.

* Quantum distat illa falsa & imaginaria desperation, à desperatione, quæ supponit veram & intimam intellectus persuasionem, & quæ erumpit in actum voluntatis deliberatum non amplius miserationem divinam expectandi.

Nulli sunt veri actus, nisi reflexi, quos sentias aut percipias. Ubi non edis, nullos veros edis. Quisquis actus suos reflexâ atque durabili certitudine non percipit, nullam in agendo certitudinem habuit. Unde sequitur animas quæ per probationes sunt in desperatione *apparenti*, esse in desperatione *ne vera* * ; & dubitationem, quam actione perfectâ experiuntur, ar-

gumento esse quòd in actione intimum conscientiae testimonium amiserunt.

Qui sic loquitur, omnes veræ philosophiæ notitias confundit; testimonium spiritûs Dei in nobis de nostrâ adoptione destruit. Vitam omnem interiorem, & omnem in animis rectitudinem extinguit.

Articulus 14. Verus.

IN* extremis probationibus, quibus amor purus efficitur, pars animæ superior ab inferiori secernitur; quatenus sensus & imaginatio neutiquam participes sunt pacis atque gratiarum, quas tunc Deus intellectui & voluntati sæpius communicat modo simplici & directo, qui omnem reflexam cogitationem fugit. Ita Christus, nostrum perfectum exemplar, in cruce fuit beatus, ita ut quoad partem superiorem cœlesti gloriâ fruere-
tur, dum quoad inferiorem *vir dolorem*

* Spoliatur omni solatio, omnibus externis exercitiis, omni sensibili consolatione. Omnes potentiae in fundo animæ commorantur languentes ac desolatæ. deficit & obscuratur vivacitas intellectûs: actus virtutum essentiali modo exercentur: nulla hic lætitia, sed tormentum inexplicabile. Dicunt quid sit,

qui experti sunt. Doctor mellifluus comparat hunc statum mortis spirituali, quam vocat mortem Angelorum. Rusbrokus, divini spiritûs & nostri concertationem appellat, & quandam desperationem: Taulerus pressuram internam: Harpius languorem infernal em & divisionem animæ ac spiritûs: Barbansonius item divisionem naturæ ac spiritûs: Maria Vela sanctimonialis cistere, terribile martyrium: B. Cath. Genuens. horribile & indicibile tormentum. Joan. à Cruce sub noctis obscuræ symbolo . . . Purgatorio assimilat. Thomas à Jesu purgatorium quòque esse dicit in via contingens. B. Angela de Fulgineo maluisset in inferno esse quam talem privationem sustinere . . . Seraphica Virgo Theresia quid pateretur in hac pressura constituta, ipsa enarrat in vitâ & scriptis suis, Bona viâ compend. cap. 10, pag. 100.

84 PLACITA SANCTORUM

* Hanc vocem ut alienam abjicio. Ab alio hæc additio facta est, qui id fecit bono animo. Qui vero propriam autographum sibi creditum habuere, fide dignissimi viri, hujus rei locupletes testes sunt. Libellus me absente, Parisiis typis mandatus fuit.

* Non consistit hæc separatio in eo discrimine, sed eo discrimine intellegitur quo pacto accidat hæc separatio.

* Separatio nunquam est integra. Est tantum minor, quam ea quæ solet intercedere, consociatio partis inferioris cum superiori; id est sensuum atque imaginationis cum intellectu & voluntate. Cum illa consociatio non penitus cesset, sed minuatur tantum; uti minor, impedit communicationem reciprocam pacis supernæ ac defectionis inferioris partis. Sed cum non cesset penitus consociatio illa, pars superior tenetur per probationes, uti & extra probationes, de defectibus qui in parte inferiore vulgò voluntarii censentur & probis moribus repugnant. Quomodo autem pars inferior non sit par-

erat, paternâ derelictione sibi sensibilitèr impressâ. Pars inferior superiori nec
 * *involuntarias* perturbationes, nec sensibiles defectiones suas, pars superior inferiori nec pacem nec beatitudinem suam communicabant. Fit hæc separatio per discrimen * quod intercedit inter reales sed simplices & directos intellectus & voluntatis actus, quorum nullum superest sensibile vestigium; & actus reflexos, qui impresso sensibili vestigio cummunicantur imaginationi & sensibus, qui pars inferior dicuntur, ut distinguantur ab hac directâ & intimâ intellectus & voluntatis operatione, quæ pars superior nuncupatur. Partis inferioris actus sic se juncti, manant ex cæcâ & involuntariâ perturbatione: quia quidquid est intellectuale & voluntarium ad partem seperiorem pertinet. Sed quam vis hæc separatio * sic sump-

sed eo discrimine intellegitur quo pacto accidat hæc separatio.

* Separatio nunquam est integra. Est tantum minor, quam ea quæ solet intercedere, consociatio partis inferioris cum superiori; id est sensuum atque imaginationis cum intellectu & voluntate. Cum illa consociatio non penitus cesset, sed minuatur tantum; uti minor, impedit communicationem reciprocam pacis supernæ ac defectionis inferioris partis. Sed cum non cesset penitus consociatio illa, pars superior tenetur per probationes, uti & extra probationes, de defectibus qui in parte inferiore vulgò voluntarii censentur & probis moribus repugnant. Quomodo autem pars inferior non sit par-

viceps pacis quæ exuberat in superiore, hoc ita fit. Intellectus non potest sibi facere fidem de pace quâ fruitur voluntas, unde pax illa non potest refundi in partem inferiorem. Quod præcipuè intendi hoc unum est, ut in eo statu nihil liceat, quod in alio communi vetitum reputatur.

ta negari absolute non possit, iis tamen, qui animas dirigunt, summò opere cavendum est ne unquam in parte inferiori ullum flagitium patiantur quod, ut fert natura, voluntarium semper censendum est, & quo proindè pars superior tenetur. Hæc cautio semper est adhibenda *in pura fidei viâ, de quâ unâ loquimur, & in quâ nihil natura ordini contrarium admittitur.* Quamobrem de possessionibus, obsessionibus, aut aliis insolitis dicere, non est necesse. *

Negari absolute nequeunt, cum scriptura & Ecclesia eas agnoverint; sed in casibus particularibus, ad vitandum errorem, summâ cautione utendum est. Hæc præterea materies, omnibus interioribus viis communis, nullam particularem difficultatem explicandam habet in puræ fidei & puri amoris via. Contra affirmare licet in hac puri amoris & puræ fidei viâ res hujusmodi insolitas rariùs occursuras. Nullo alio illas adeò minueris, quàm si iis non immoratus fueris, & induxeris animas ad simpliciter agendum in amore gratuito & obscurâ fide.

* Hæc omnia non pertinent ad separationem de quâ hic agimus, & quæ cõgruit viæ fidei obscuræ, citra statum supernaturalem sive miraculosum.

Qui sic loquitur, Catholicum dogma sequitur, & præstantissimum aduersus illusionem antidotum porrigit.

Articulus 14. Falsus.

* Hæc vox *omnino*, rejicitur ne illusio scaturiat ex separatione integrâ, præterea si separatio illa esset *omnino* facta, esset miraculosa & extra fidei obsecuræ fines.

IN probationibus pars superior ab inferiori *omnino* * separatur. Superior Deo unitur eâ unione, cujus nullum quouis tempore apparet sensibile & distinctum vestigium, nec quoad fidem, spem, Charitatem, cæterasque virtutes. Pars inferior sic se juncta fit omnino animalis; & quidquid à moribus alienum in eâ interim agitur, neque voluntarium, neque demeritorium, neque partis superioris puritati contrarium censetur.

Qui sic loquitur legem & prophetas extinguit, linguis dæmonum loquitur.

Articulus 15. Verus.

Qui in arduis illis probationibus versantur, omittere nunquam debent universalem illam sobrietatem de quâ toties Apostoli locuti sunt, & quæ

in earum rerum, quæ nos circumstant, usu sobrio consistit. Sobrietas illa ad omnes sensuum, imaginationis & mentis operationes pertinet. Eò progreditur, ut sapientiam nostram & sobriam & temperatam efficiat. Ad simplicem & necessarium usum omnia reducit. Hæc sobrietas secum fert perpetuam privationem eorum omnium, quæ non nisi ad propriam delectationem degustares. Hæc mortificatio, aut, ut melius dicatur, *mors* huc spectat ut amputet non solum voluntarios motus naturæ, per carnis voluptatem & animi superbiam corruptæ & rebellis, sed & innocentissima solatia, quæ mixtus amor sollicitè exquirat. * Hæc mortificatio placidè & simpliciter absque anxietate & in seipsum asperitate, *absque methodo*, * ut se dat occasio & necessitas, verè tamen & indefinenter exercetur. Constat quidem animabus extremâ probatione obrutis, ut experto directori obtemperent, plerumque intermittendas esse aut minuendas quasdam Corporis macerationes quibus summòpere addictæ fuerunt. Hoc levamen iis est necessarium ad reficienda corpora in acerbis interiorum pœnarum laboribus, qui sunt pœnitentiæ genus omnium maximè terribile. Sæpe etiam evenit eas animas illis corporis afflictio-

* Quænam mortificatio ulterior assignari potest?

* Quænam methodus non esset in-tempeſtiva, dum anima his angoribus confecta, vix instanti pœnæ, placidâ & simplici obſistentiâ repugnare valet?

88 PLACITA SANCTORUM

nibus nimium fuisse deditas: & parendi difficultas, quam primo experiuntur, ut in iis angustiis illis abstineant, indicat illis renaciùs eas adhæsisse. Hoc autem privatae earum imperfectioni, non macerationi imputandum est. Macerationes, ut institutæ sunt, utiles sunt & sæpe necessariae: * Christus harum dedit nobis exemplum, quod sancti omnes secuti sunt. Carnem rebellem deprimunt, admissisque culpis corrigendis & temptationibus præcavendis inserviunt. Constat solummodo eas amoris sui, seu cupiditari omnium vitiorum radici, penitùs destruendæ & animæ Deo uniendæ eâtenus conducere, quatenus recollectionis, amoris & orationis spiritu vegetantur: aliter crassiores affectiones extinguerent, & contra institutionem suam hominem seipso inflarent. Nihil jam essent præter carnalem justitiam. Observandum præterea hujus statûs animas omni sensibili gratia, & ferventi perceptarum omnium virtutum exercitio orbatas, jam nullo gustu, nullo sensibili fervore, nulla insigni suavitate allici ad eas macerationes, quibus tantòpore studuerant. Tunc earum poenitentia huc redit ut divinam iram, quam continuo expectant, suamque apparentem desperationem, * in amarissi-

* En de macerationibus dogma expressè positum.

* Hæc specie tenus non re ipsâ.

mâ pace ferant. Quamlibet asperitatem, quodlibet supplicium, * pœnæ illius interioris loco, hilari ac libenti animo paterentur. Eæ hoc uno intimè alliciuntur, ut agoniam patienter ferant. in quâ colluctatione crucifixæ dicunt cum Christo: Deus, Deus meus! ut quid me dereliquisti.

Qui sic loquitur, perpetuam mortificationis necessitatem agnoscit. Corporis macerationes saluberrimè institutas approbat. Vult animas vel perfectissimas pœnitentiam agere, suis viribus, gratiis, & statûs sui probationibus congruentem.

* Thomas à Jesu purgatorium quoque esse dicit in viâ contingens.

B. Angela de Fulgineo maluisse in inferno esse, quam talem privationem sustinere.

Hæc Card. Bona in viâ compendii cap. cap. 10.

pag. 110.

Ed. Lugd.

Articulus 15. Falsus.

Corporis macerationes concupiscentiam dumtaxat irritant, & eas exercenti Pharisæicum tumorem inspirant, * Nihil ad præveniendas aut placandas tentationes conducunt. Ad carnem animo subjiciendam quieta oratio semper sufficit. Hæc exercitia ut rudia, imperfecta, & solis incipientibus accommodata, sponte abjici possunt.

* Quid quid carpi potest hic, jam damnatum volui.

Qui sic loquitur, ut inimicus crucis Christi loquitur. Contra ipsius exem-

pla & universam traditionem blasphemat. Contradicit Dei filio dicenti: *à diebus Joannis regnum Dei vim patitur, & violenti rapiunt illud.*

Articulus 16. Verus.

Proprietas duplex est: altera omnibus Christianis est peccatum; altera autem, nedum peccatum sit veniale, tantummodo est imperfectio, comparata ad aliquid perfectius. Nec etiam vera est imperfectio, nisi animabus, quas ad amorem gratuitum gratia allicit. Prima proprietas superbia est, quæ amor est propriæ excellentiæ, ut propriæ, absque ullâ ad finem essentialem, Dei nimirum gloriam, subordinatione. Hæc proprietas peccatum constituit primi Angeli, qui in seipso stetit, ut ait Sanctus Augustinus, cum se ad Deum referre debuisset, & uno illo propriæ excellentiæ amore, in veritate non stetit. Hæc proprietas, ut minus aut magis voluntaria est, levius quoque aut gravius in nobis est peccatum.

Secunda proprietas, nunquam cum

prima confundenda, amor * est nostræ excellentiæ in quantum nostra est, *verum ad essentialem finem, Dei nimirum gloriam, relatus.* Virtutes dumtaxat perfectissimas volumus: eas ad Dei gloriam præcipuè volumus, sed eas quoque volumus ut ex iis meritum & mercedem nanciscamur: eas etiam volumus ut perfecti de eo gaudeamus. Hæc est resignatio quæ, ut ait Sanctus Franciscus Salesius, sua propria habet desideria, sed subdita*. Virtutes illæ, quibus nostram perfectionem & beatitudinem appetimus bonæ sunt, cum ad Deum finem præcipuum referantur, sed minus præstant iis virtutibus, quæ absque ullo mercenario proprio commodi motivo, neque ad nostrum meritum, neque ad nostram perfectionem, neque ad æternam quoque mercedem, sed ad unam Dei in nobis gloriam, à sanctâ indifferentiâ exercentur. Hoc spiritua-
lis commodi mercenarium motivum, quod tamdiù in virtutibus reperitur, quamdiù anima mercenario amore Deum prosequitur, illud ipsum est quod mystici *proprietatem* nuncuparunt: & quod B. Joannes à Cruce *spiritualem avari-*

* Is amor est privatus & naturalis, sed actus, quo ad Deum aliquando refer- tur & ordina- tur ut ad fi- nem superna- turalem, est meritorius & supernaturalis actus. Ita pro- prietas confi- stit in actibus non à gratiâ, sed à naturâ profluenti- bus; qui ta- men habitu & implicite refe- runtur ad fi- nem ultimum in justis ani- mabus, in quibus amor Dei domina- tur. En du- plex actuum species, qui commiscen- tur in statu animæ resig- natæ: alii su- pernaturales, alii naturales.

* Ideò subdita sunt illa desideria, quia cohærent cum amore Dei super omnia in animâ justâ à quâ eliciuntur.

• Avaritia
 & ambitio
 de bonis e-
 tiam spiri-
 tualibus non
 sunt ex gra-
 tia. Imo
 peccatum
 forent, nisi
 ratione na-
 turali, sive
 ordine, re-
 gerentur. U-
 bi verò per
 resignationē
 ad finem
 supernatura-
 lem referun-
 tur, actus
 ille quo re-
 feruntur est
 meritorius.

*tiam & ambitionem * vocat.* Anima
 quæ ab aliis proprietaria dicitur, per
 sanctam resignationem suas ad Deum
 virtutes refert, eoque minus perfecta
 est, quàm gratuita anima, quæ suas re-
 fert per sanctam indifferentiam. *Hæc*
proprietas, quæ peccatum non est, di-
citur tamen à mysticis impuritas; non
quòd sit animæ labes, sed tantum ut
significetur in eà misceri diversa moti-
va, quæ prohibent ne amor sit omni-
no purus aut mixtionis expers. Sæpius
dicunt se in oratione suâ & in sanctio-
ribus exercitiis hanc impuritatem, seu
mercenariorum motivorum commixtio-
nem animadvertere. Sed cave credas
eos tunc vitiosam quandam impuritatem
intelligere.

Cum clarè perspicitur, quid mystici
 per proprietatem intelligunt, facilè quò-
 que comprehenditur quid proprietatis
 abjectio significat.

Gratia est operatio, quæ amorem
 præstat purum, & in quolibet virtutum
 exercitio gratuitum. In probationibus
 hæc proprietatis abjectio gignitur. Om-
 nium virtutum, inquiunt mystici, jactura
tantum appa- ram tunc facit? *sed illa jactura appa-*
*rens & advens * tantum est, & ad tempus. Vir-*
tempus, bre-
 ve quidem tempus, nisi anima Dei gratia resistat. Hæ locu-
 tiones passim occurrunt in Sanctorum Ascetatum libris. Eas
 sobria & caute interpretatione temperatas oportuit.

* Jactura
 illa est so-
 latii merce-
 narii non
 virtutum.

tutes ipsæ, tantum abest ut realiter amittantur, ut contra puro amore perficiantur. Anima tunc exuitur omni gratia sensibili, omni gustu, quâlibet facilitate, quolibet servore, quibus & delectari & metu liberari posset. *Tunc quidem actus amittit * compositos, & quadam sollicitudine excitatos, quibus mercenarium de suâ perfectione testimonium sibi perhibeat.* Non amittit autem neque directos amoris actus, neque distinctarum virtutum, quo casu præcepta sunt, exercitium; neque intimum mali odium, neque momentaneam certitudinem, rectæ conscientia in agendo necessariam; neque gratuitum adimplendarum in se promissionum desiderium. Una sui demeriti species sufficit ut gravissimè probetur, omne illi notum subsidium auferatur, nullumque *privato amor* * perfugium relinquatur. Cur ergo aliquod reale malum illi adjungeretur, quasi Deus non aliter quàm reali peccato creaturam suam perficeret. Imo anima, modò in probationibus, quæ jactura & proprietatis abjectio dicuntur, fida persistat, nullam realem suæ perfectionis diminutionem patitur; contra verò in vitâ interiore in dies crescit. Denique anima, quæ quotidianarum culparum conscia, se ab iis purgat,

* Privatus
 amor, qui
 est proprie-
 tas aut pro-
 prium com-
 modum mer-
 cenariè que-
 situm, non
 est ex gratiâ
 sed ex natu-
 râ.

se ab iis purgat, dum suam imperfectionem ut Deo contrariam averfatur, amat tamen abjectionem inde manantem; quia hæc abjectio, nedum fit peccatum, animæ depressio est, quæ & pœnitentiâ, & ipsius peccati remedium est. Quâ sinceritate omnes suas culpas odit, eadem Deum supremam perfectionem diligit: sed suis culpis ad placidam sui depressionem utitur; & ita, *ipsius culpa sunt animæ fenestræ per quas Dei lumen ingreditur*, ut verbo Baltazaris Alvarez utar. *

* Vita pa-
aris Balt.
Alvarez.

Qui sic loquitur, genuinam mysticorum sanctorum mentem explicat. Simplex amplectitur systema, quod ad unum amorem gratuitum omnium sæculorum traditione comprobatum, reducitur.

Articulus 16. Falsus.

Mysticorum proprietas, seu mixtus amor, realis est impuritas & animæ labes. Hujus status virtutes non sunt meritoria. Ipsæ virtutes quoad substantiam amittendæ sunt. Abstinentum est ab eliciendis earum actibus, vel maximè intimis, maximèque directis.

Peccati odium, Dei amor, distinctæ in suo statu virtutes, etiam quo casu præcipiuntur, sunt realiter abjiciendæ. Realiter quòque amittenda est momentanea certitudo rectæ conscientiaë necessaria, & gratuitum adimplendarum in nobis promissionum desiderium. Abjectio nostra ita diligenda, ut nostrum quoque verè diligamus peccatum, utpote quod nos & abjectos & Deo contrarios præbeat. Postremò ad integram puritatem propriae virtutes deponendæ sunt, Deoque gratuito immolandæ per voluntarias actiones quæ scriptam ejus legem violent, & quæ cum iis virtutibus nullatenus congruant.

Qui sic loquitur; contra expressum Sacri Concilii Tridentini decretum, mixtum amorem peccatum esse statuit. Simul animas innocentiaë veste spoliat, & omnem in eis gratiam extinguit, prætextu ejus proprietatis illis auferendæ. Iniquitatis mysterium approbat, & impietatem falsorum renovat Gnostico- rum, renovat qui per ipsam impuritatem, puritati studere se profitebantur, ut à sancto Clemente Alexandrino accepimus.

Articulus 17. Verus.

* Omnes animæ ad perfectionem vocantur, paucissimæ tamē electæ, paucissimæ ita paratæ proximè, ut possis hanc summam perfectionem illis proponere explicitè, & ut nunc amplectandam.

* Per necessaria cautio ad occurrendum illusionis periculo in discernendis probationibus.

PAUCISSIMÆ animæ extremas illas probationes experiuntur, quibus ab omni proprii commodi appetitione mercenariâ purgentur. Cæteræ animæ, licet earum probationum expertes, ad diversos tamen verissimæ & Deo gratissimæ sanctitatis gradus perveniunt. * Secus mercenarius amor ad cultum Judaicum & æternæ vitæ insufficientem reduceretur contra sacro-sancti Concilii Tridentini decretum. Director non ita facilem se præbere debet, ut tentationes, quibus animam afflictam videt, insolitas esse supponat. Summopere diffidendum est commotæ imaginationi & quid quid sentit, aut sentire se putat, exaggeranti. * Cavendum est à subtili nec fere sensibili superbiâ, quâ blandiente, induceris ut credas te eum esse, qui viâ extraordinariâ ducaris. Denique cavenda est illusio quæ subreptit & facit, ut cum sincero fervore spiritus inceperis, carne consumeris. Igitur operæ pretium supponere animæ tentationes esse communes, quarum remedium petatur ab interna & externa

Externâ mortificatione & omnibus timoris actibus, atque amoris minùs perfecti exercitationibus. * **Constanter** etiam obnitendum est, nè quidquam ulterius admittas, nisi omnino perspectum habueris hæc remedia esse maximè inutilia, unoque placido puri amoris exercitio tentationem melius sedari. Hac in occasione illusionis & errorum periculum summum est. Si director parum expertus aut nimium credulus, quæ vulgaris sit tentatio, supponat esse insolitam ad amorem purgandum, animam corrumpit, illam proprio amore inflat, eamque de peccato ita securam reddit, ut non incidere non possit. Qui mercenaria motiva adhuc necessaria subducit, lac nutricis infanti subtrahit, eumque ab ubere intempestivè depellens, crudeliter enecat. Plerumquè animæ imperfectissimæ, & sui amore tumidæ ex temerariis & incongruis lectionibus opinantur se durissimis puri amoris probationibus exerceri, dum non experiuntur nisi tentationes maximè naturales, quas per inertem, vagam, & voluptuariam vitam ipsæ sibi adsciscunt. Probationes, de quibus hic loquitur, non spectant nisi animas internâ & externâ mortificatione perfectas, quæ nihil ex præmaturis lectionibus hauserunt, sed ex solâ

* **Excē**
pto casu perturbationis nullo alio modo vincibilis, ne sinas mercenarium solatium abjici & immolari ne tentatio sit plus quam humana.

Dei se ipsas ducentis experientiâ : Quæ nihil præter candorem & docilitatem spirant. Quæ semper ita comparatæ sunt ut credant se errare, sibi que ad communem viam revertendum esse. Illæ animæ mediis in tentationibus nullis consuetis remediis, quæ sunt mercenarii amoris motiva, pristinam pacem recuperant, saltem dum gratiâ puri amoris potiuntur. Unâ dumtaxat fideli hujus puri amoris gratiæ cooperatione tentationes earum sedantur, & sic earum probationes à vulgaribus probationibus distingui possunt. Animæ quæ non sunt in eo statu, in scelera horrenda certissimè incident, si simplicibus puri amoris actibus contra illorum indigentiam, detineantur. Quæ autem verà puri amoris suavitate alliciuntur, nunquam solito mercenarii amoris exercitio paci resistunt. * *Quis Deo restitit, & pacem habuit?* Verum ut tam subtile tantique momenti animarum discrimen facias, *spiritus probandi sunt*, ut scias, an ex Deo sint, unus autem *Dei spiritus Dei profunda scrutatur*.

Qui sic loquitur, eâ loquitur cautione, quâ par est in tali materiâ ubi nimia cautio adhiberi non potest, simulque universa sanctorum placita admittit.

* Solidus cibus longè melior lacte, si concoqui possit. Ita amor purus supernaturalis, amputato naturali & mercenario, longè melior naturali admixto, verum si resces hoc solatium animæ infirmæ, ea languescit ut infans quem immature ab lacte. At contra si infantem jam cibi solidi appetentem, lacte solo sustententes, crescere nec valere potest.

Articulus 17. Falsus.

Simplex, placidum, & æquabile puri amoris exercitium unum adhibendum est adversus omnes quorumlibet statuum tentationes remedium. Supponere licet omnes probationes eodem tendere, iisdemque remediis indigere. Omnes amoris minus perfecti exercitationes actusque hoc præstant, ut amore sui hominem impleant, Dei zelotypiam irritent, & tentationem augeant.

Qui sic loquitur, confundit quidquid à sanctis tantà diligentia secretum est. Errorem & amat & sequitur. Animas, quibus omnia præsentis suæ gratiæ perfugia subtrahit, præcipites agit.

Articulus 18. Verus.

DEi voluntas semper nostra est norma unica, & amor omninò reducit ad eam voluntatem quæ jam nihil vult præter id quod Deus vult, quodque Deus facit ut ipsa velit. Sed multiplex est Dei voluntas, Est voluntas

100 PLACITA SANCTORUM

* Immutabilem dixi regulam, ne quis inspirationis aut probationum prætextu eam frangeret. Hac regulam immutabili positam animam quæ nondum cognitis Dei voluntatibus concordat, suæ reprobationi consentire nequit; namque regula immutabili salutem quam ei vult Deus, ipsa exoptat semper.

* Igitur reprobationi suæ, quæ ex voluntate permissiva oritur, nemo potest unquam assentiri.

positiva & scripta, quæ quod rectum est, jubet, quod pravum, vetat. Illa una est omnium voluntatum, omniumque nostrarum actionum certa & immutabilis regula. * Altera est Dei voluntas, quæ se nobis exhibet per inspirationem aut delectationem gratiæ quæ justis omnibus inest. *Hac Dei voluntas cum scripta voluntate consentire semper est supponenda; neque credere fas est ea voluntate à nobis aliud exigi, quam ut præceptis & consiliis, quæ lege continentur, fideliter obtemperemus.* Tertia Dei voluntas ea est, quæ est simplicis permissionis. Peccatum tolerat, non probat. Quam voluntate peccatum permittitur, eadem & damnatur. Illud positivè non permittit, sed tantùm fieri sinendo, nec prohibendo. Ea permissionis voluntas nunquam regula nostra est,

Impium esset velle nostrum peccatum eo colore, quod Deus illud permissivè velit. 1. Falsum est Deum illud velle, dumtaxat verum est non inesse Deo positivam illius impediendi voluntatem. 2. Eo ipso tempore quo positivè caret illius impediendi voluntate, actualem & positivam habet illius damnandi, & puniendi voluntatem, utpotè quod suæ immutabili sanctitati, cui omnia debet, essentialiter adversetur. 3. Nun-

quam supponendum est Deum permittere peccatum, nisi postquam miserè peractum est, & quod factum est, infectum fieri jam non potest. Tunc utriusque Dei voluntati simul consentiendum est; illi, ut damnes & punias quod Deus damnat & punire vult; huic, ut pudorem & abjectionem velis quæ non est peccatum, sed peccati pænitentia & remedium; quia pudor ille salutaris & abjectio, instar medicæ potionis amara, verum est bonum quod Deus ex peccato elicere positivè intendit, quamvis ipsum peccatum positivè nunquam intenderit. Hoc est, non venenum, sed remedium ex veneno eductum, amare.

Qui sic loquitur, cum omnibus sanctis loquitur, & in accuratissimâ Catholici Dogmatis expositione.

Articulus 18. Falsus.

OMnibus Dei voluntatibus, tam permittentibus quam aliis, nos conformes esse oportet. * In nobis igitur permittendum est peccatum, cum Deum mox id permitturum putamus. Peccatum nostrum, quamvis Deo contrarium, amandum est propter ejus abjectionem,

* Hic differtè condemnantur ii qui dicerent assentiendum suæ reprobationi æternæ.

quâ noster amor purus efficitur, & quâ nobis ad premium jus omne & omne meritum adimitur. Denique gratia alliciens aut inspirans ab animabus exigit ut scriptam legem violent, quò ab omni æternæ mercedis appetitione mercenariâ illas exuat.

Qui sic loquitur, apostasim docet & abominationem desolationis in loco sancto ponit. Illa vox non a gni, sed draconis est.

Articulus 19. Verus.

ORatio vocalis absque mentali, id est absque animi attentione & cordis affectu, superstitionis cultus est, qui Deum labiis honorat dum cor ab eolongè est. Oratio vocalis nec conducit, nec meretur, nisi quatenus mentali dirigitur & animatur. Pauca summâ intentione & dilectione Dei recitare præstaret, quam prolixas preces [nisi cum præceptæ sunt] nullâ aut minimâ attentione effundere. Absque attentione & amore orare, instar gentilium orare est, qui in multiloquio suo putabant se exaudiri. In tantum oras in quantum desideras, in tantum autem desideras, in

quantum âmas saltem mixto amore. Reverenda est tamen, atque suadenda vocalis oratio, quoniam idonea est ad excitandas cogitationes & affectus quos exprimit: quoniam ab ipso Dei filio ipsis Apostolis tradita est, & perpetuo per omnes ætates, Ecclesiæ usu celebrata. *Hoc laudis sacrificium, hunc fructum labiorum, quæ Dei nomen confitentur, impium esset contemnere.* Potest quidem oratio vocalis ad tempus oneri esse contemplantibus, qui in imperfectis contemplationis primordiis adhuc versantur, quòd earum contemplatio sensibilis magis ac effectiva sit, quam pura & tranquilla. Gravis præterea oratio vocalis esse potest animabus quæ in extremis probationibus versantur, quia tunc ab omnibus perturbantur; at nunquam illis præscribendum est, ut absque Ecclesiæ veniâ & verâ impotentiâ, à superioribus probata, ullam vocalem orationem, quæ præceptâ sit, unquam omittant. Oratio vocalis simpliciter & sine scrupulo adhibita cum iussa est, animæ quidem oneri esse potest quantum ad ea quæ mox adnotata sunt, verum altissimæ contemplationi nunquam adversatur. Ipsa etiam experientia comprobat præstantissimas animas, in eminentissimâ earum cum Deo communicatione, familiariter cum eo colloqui, atque al-

tâ voce, & quodam mentis excessu,
ignita aliqua Apostolorum & propheta-
rum verba aut legere aut recitare.

Qui sic loquitur, sanam doctrinam
exactissimis verbis explicat.

Articulus 19. Falsus.

O Ratio vocalis rudis est & imper-
fecta incipientium exercitatio.
Contemplantibus animis penitus est inu-
tilis. Sui status sublimitate eximuntur
à recitandis vocalibus precibus, etiam
ab Ecclesia præceptis. Quoniam ea-
rum contemplatio eminenter continet
quidquid in variis officii divini parti-
bus utilissimum proponitur.

Qui sic loquitur, sacrorum librorum
lectionem contemnit; obliviscitur ab
ipso Christo nos accepisse vocalem ora-
tionem, quæ contemplationis eminen-
tissimæ Perfectionem complectitur. I-
gnorat contemplationem in hac vita nun-
quam esse perpetuam, & in ejus inter-
vallis & recitari posse, & reverà reci-
tandum esse officium quod præceptum
est, & quod per se ipsum tantò opere con-
ducit ad contemplationis mentem in
animis fovendam.

Articulus 20. Verus.

Lectio suscipienda non est nec cu-
riositate, nec desiderio, aut de suo
statu judicandi, aut de se ipso ex lectio-
nibus decidendi, nec quodam hujus, quod
ingenium dicitur, aut rerum sublimium
gustu. Sanctissimi libri, ipsæ etiam
scripturæ non legendæ sunt, nisi factâ
potestate à Pastoribus, aut ab iis qui
eorum loco dirigunt. Eorum est judi-
care, an quisque fidelis sit animo satis
parato, mente satis purâ ac docili ad sin-
gulas lectiones peragendas. Cuique no-
strum competentem cibum discernere
debent. Nihil in vitâ interiori tantum
illusionum invehit, quam temerarius li-
brorum delectus. Præstat pauca legere,
diuturnisque recollectionis intermissio-
nibus lectionem sæpius interrumpere,
quibus amor Christianas virtutes in no-
bis altiùs imprimat. Cum recollectio fa-
cit ut liber è manibus nobis excidat,
absque scrupulo excidere sinendum est;
satis in posterum repetetur ut vicissim
lectio recollectionem renovet.

Amor, cum suâ unctiōe docet o-
mnia, quæ ex libris hauriremus, ratioci-

nia longè supereminet. Ad persuadendum omnium efficacissimus amor est. Exterior tamen liber est resumendus, cum non amplius expanditur interior. Aliter vacuus animus in vagam & fictitiam orationem, hoc est in verum & perniciosum otium laberetur. Necessaria doceri quisque negligeret. Verbum Dei omitteretur. Solida nunquam ponerentur fundamenta, nimirum divinæ legis & mysteriorum accurata notitia.

Qui sic loquitur, secundum traditionem & sanctorum experimenta loquitur.

Articulus 20. Falsus.

Librorum vel sanctissimorum lectio iis inutilis est, quos Deus integrè & immediatè per seipsum docet. Non necesse est ut illæ animæ institutionis Christianæ fundamenta subtraverint. Ab oratione suâ omne veritatis lumen expectent. Ad lectiones autem, cum ad eas propendent, libros, qui de perfectissimis statibus agunt, vel superioribus inconsultis, eligere possunt. Possunt quoque libros aut censura notatos, aut Pastoribus suspectos legere.

Qui sic loquitur, Christianam doctrinam, hoc est fidei alimentum tollit. Puro Dei Verbo interiorem, quæ fanatica est, inspirationem substituit. Aliundè permittit animabus ut pestilentium, aut saltem sibi minimè congruarum lætionum veneno se enecent. Dissimulationem & contumaciam eas edocet.

Articulus 21. Verus.

A Contemplatione meditatio distinguenda est. Meditatio constat discursivis actibus qui à se invicem facile distinguuntur, quoniam insigni quadam concussione excitantur; quoniam, pro diversis quibus applicantur, objectis, diversi sunt; quoniam ex evictâ jam veritate aliam evincunt; quoniam ex pluribus motivis artificiosè conjunctis unum affectum eliciunt; quoniam denique producuntur atque iterantur per quandam cogitationem reflexam, cujus expressa in cerebro vestigia remanent. Hæc discursivorum, & reflexorum actuum compositio ad amoris mercenarii exercitium *specialiter* pertinet. Ille enim amor minus perfectus, qui timorem non excludit, duobus indiget; altero, ut sæpius

mercenaria omnia timoris ac spei motiva revocet; altero, ut sibi de suâ operatione, per animadversos & reflexos actus, fidem faciat. Ita discursiva meditatio exercitium est amori congruum, qui proprii commodi appetitionem mercenariam admixtam habet. Timido & mercenario amori non sufficerent in oratione actus simplices absque ullâ varietate motivorum, quibus suum commodum exquirat. Nunquam illi sufficeret eos actus elicere, de quibus nullum sibi per reflexam cogitationem testimonium exhiberet. Contra contemplatio secundum celeberrimos Theologos, & sanctos contemplationis peritissimos, puris amoris exercitium est. Actibus constat adeò simplicibus, adeò directis, placidis, æquabilibus, ut nihil, quò à se invicem distinguantur, in eis anima percipiat. Oratio est illa perfecta, de quâ locutus est B. Antonius, & quæ ab orante monacho non animadvertitur. Contemplatio ab antiquissimis Pâtribus, à scholæ Doctoribus & sanctis mysticis perindè comprobatur. Simplex & amans intuitus dicitur, ut à meditatione distinguatur, quæ ordinatorios, & discursivos actus complectitur. Quando fidei habitus maximè viget, quando puro amore perficitur, anima quæ Deum

Cassianus
Coll. 9.

non nisi propter ipsum unum amat, studiosâ illâ sollicitudine non indiget, quæ in cujuslibet virtutis exercitio, mercenaria ad suum commodum motiva exquirat & colligat. Ratiocinatione ad eum non adjuvatur, ut, & impediatur & defatigetur. Nihil nisi amare vult. Virtutum singularum motivum in amore reperit. Unum jam illi est necessarium. In purâ hâc contemplatione dici potest, quod ait S. Franciscus Salesius: *amorem potentissimum esse necesse est, cum nullâ delectatione, nullâ ambitione fretus, sibi uni sufficiat.*

Meditatio affectiva, & discursiva, quàmvis minus perfecta contemplatione purâ & directâ, est nihilominus Deo gratissima, & piis plerisque exercitatio maximè necessaria. Solitum est interioris vitæ fundamentum, & omnibus justis, qui ad purissimi amoris culmen non pervenerunt, est exercitium saluberrimum. Singulis ætatibus ingentem sanctorum multitudinem peperit. Periculosâ temeritate à meditatione avocarentur animæ, quasi in contemplationem introducendæ. Sæpe etiam in meditatione maximè discursivâ, & multo frequentius in affectivâ oratione, adus quidam placidi & directi interveniunt, quod imperfectæ contemplationis admixtum initium est.


PLACITA SANCTORUM

Qui sic loquitur, secundum traditionis mentem, & sanctorum ab omni novitate & illusionem alienissimorum sententias loquitur.

Articulus 21. Falsus.

Meditatio studium est aridum ac sterile. Discursivi ipsius actus ac reflexi sunt labor incassus & animæ exagitatione, quâ non alitur, sed fatigatur. Mercenaria ejus motiva proprii amoris exercitium duntaxat pariunt. Hâc viâ nunquam proficitur. Ab eâ piæ animæ quamprimùm deterrendæ sunt, ut ad contemplationem transducantur, ubi jam non est actibus locus.

Qui sic loquitur, facit ut animæ fastidiant donum Dei. Vitæ interioris fundamenta per contemptum evertit. Id agit ut, quæ Deus tribuit, auferat, ac temerè iis confidat, quæ dare nondum Deo visum est. Infantem ab ubere avellit antequàm solidum cibum consequere possit.



Articulus 22. Verus.

Anima meditationem discursivam
missam facere & contemplationi
se se dedere potest, cum tria hæc indi-
cia in eâ reperiuntur. Primum est, cum
ex meditatione interiorem *non capit* *
cibum quem ex eâ prius capiebat, con-
trâ verò detrahitur, languescit, & gra-
tiâ non obtemperans contabescit. Se-
cundum, cum nullam facilitatem expe-
ritur, occupationem nullam sentit, nul-
lum interius alimentum percipit, nisi in
simplici puri amoris coram Deo præ-
sentiâ, quâ ad omnes suo statui con-
gruas virtutes renovetur. Tertium, cum
nihil sapit, in nihil propendet, nisi in
unam apud se recollectionem, ita ut qui
eam probat director, humilem eam,
sinceram, docilem, ab omni re terrenâ
& à se solutam experiatur. Anima
cum his tribus vocationis indiciis obe-
dienter sese contemplationi transdere,
absque ullo tentandi Dei periculo, po-
test.

* *Non capit,*
id est capere
nequit ampli-
us, si nolit
gratiâ con-
templationis
resistere. De
animâ candi-
dâ, simplici,
gratiâ impul-
sui obtempe-
rante loquor,
quæ nullam
facilitatem in
meditatione
experitur, nul-
lum ex eâ ali-
mentum inte-
rius percipit.
Luce clarius
est me nolle
loqui de eâ
quæ de indu-
striâ contem-
plationem

ambiens, meditationis cibum fastidiret vel negligeret.

112 PLACITA SANCTORUM

Qui sic loquitur, antiquos patres sequitur, ut sunt sanctus Clemens Alex. sanctus Gregorius Nazianz. sanctus Augustinus, sanctus Gregorius Papa, Cassianus, & omnes Ascetæ; Sanctus Bernardus, sanctus Thomas, omnisque schola; loquitur ut sancti mystici, qui illusioni maximè adversati sunt.

Articulus 22. Falsus.

NON expectatis his tribus argumentis, in contemplationem introduci potest anima. Satis erit contemplationem esse meditatione perfectiorem, ut alteri præferatur. Animas frustra distines, & sterili methodo enervas, nisi quamprimum, in gratuiti amoris libertatem eas inducas.

Qui sic loquitur, Ecclesiæ disciplinam evertit: spirituales sanctorum patrum vitam contemnit: omnia sanctissimorum Mysticorum instituta conveilit; in errorem animas præcipites agit.



Articulus 23. Verus.

Meditatio discursiva non competit animabus quæ per tria illa, de quibus mox locuti sumus, argumenta, ad contemplationem à D E O actu alliciuntur; & quæ non nisi per scrupulum, atque ad proprium commodum mercenariè expetitur, contra actualem alliciendis gratiæ impulsus, in discursivos actus relaberentur.

Qui sic loquitur, cum B. Joanne à Cruce loquitur, qui meditationem, in his solis præcisè circumstantiis, *humilem & luteam viam nuncupat.* Loquitur ut omnes mystici in sanctorum numerum ab universâ Ecclesiâ relati, aut post severissimum examen approbati. Iphis etiam exactæ theologiæ principiis congruentia manifestè profert.

Articulus 23. Falsus.

Ubi primùm contemplari cœperis; cave ne unquam ad meditationem revertaris. Retrocederes atque decide-

H

res. Satius est ut cuilibet tentationi atque otio te objicias, quam ut discursivos actus resumas.

Qui sic loquitur, ignorat eundem meditationis ad contemplationem, qui amoris minùs perfecti ad perfectissimum amorem, esse transitum. Ignorat eum transitum plerumque esse longum, nec facile percipi, atque ex duobus iis statibus componi, quemadmodum colorum confociatio, transitus est coloris unius ad alium, quo in unum colorem colores varii sensim coalescunt. Omnibus veris mysticis adversatur, qui cum patre Baltazare Alvarez affirmant ad remum meditationis esse recurrendum, cum vento contemplationis inflari vela deserint. Animab⁹ sæpè detrahit alimentum, quod unum DEUS iis relinquit.

Articulus 24. *verus.*

* *Quoties*, intelligendum est relativè ad hanc vocem *status habitus* *alis*; Hoc est atque *habitualis*; ita ut *quoties* * anima actu plerumque, & *oratur*, toties etiam *oratione contemplativa*; non autem *discursiva* *oret*. Tunc *sum.*

Est status contemplationis adeò sublimis, adeoque perfectæ, ut finalis; Hoc est atque habitualis; ita ut *quoties* * anima actu plerumque, & *oratur*, toties etiam *oratione contemplativa*; non autem *discursiva* *oret*. Tunc *sum.*

ad orationem & methodicos actus redire non indiget. Si tamen, contra ordinarium gratiæ cursum, & contra communem sanctorum usum, habitualis contemplatio absolutè deficeret, ei deficienti actus discursivæ meditationis semper substituendi forent; quoniam in reali vacuo, atque otio anima Christiana languescere non debet. Præterea supponendum animam, quæ hoc habituali statu excideret, eo non nisi præviâ quâdam infidelitate excidere. *Sine poenitentia enim sunt DEI dona.* * *Non deserit quemquam, nisi ab eo deseratur.* Nec suas gratias minuit, nisi iis qui suam cooperationem minuerunt. Huic animæ tantùm suadendum esset non eam à DEO, sed DEUM ab eâ deseriri. Hujus quoque gradûs anima jussu confessorii, qui eam probare vellet, ad meditationem reduci posset. Tum secundum sanctæ indifferentiæ & obedientiæ regulam æque libenter *incipientium instar* meditari, ac instar cherubinorum contemplari deberet. *

* Dei dona sunt sine poenitentia quoad gradum perfectionis, non autem quoad exercitia varia, quibus sine lege DEUS potest animas perficere ad arbitrium.

* Meditatio ab animâ penitus gratuita exerceri potest.

Qui sic loquitur, Ecclesiæ mentem sequitur, & omnibus illusionis periculis occurrit. Loquitur ut sanctorum maximi, quorum volumina in album, ut ita dicam, cum ipsis auctoribus Ecclesia regulit.

Articulus 24. Falsus.

OMni actione absolute vacare fatius est, quam eo, quod perfectius est relicto, ad id, quod minus perfectum est, adire. Adeo immutabilis est ille habitualis perfectionis status, ut nunquam supponendum sit eo quemquam per occultam infidelitatem posse excidere.

Qui sic loquitur, temerariam hominibus confidentiam inspirat: animas in manifestum erroris periculum inducit.

Articulus 25. Verus.

IN hac vita est *habitualis status*, at non *cujuscumque* variationis expertus*, in quo perfectissimæ animæ, quidquid consulto agunt, coram DEO & propter DEUM agunt secundum Apostoli verba: *omnia vestra in charitate fiant. Et iterum: sive manducatis sive bibitis, sive aliud quid facitis, omnia in DEI gloriam facite.* Sic omnes deli-

* Quoties hæc verba repetita occurrunt!

beratas actiones ad ultimum finem referre, perpetuò orare est; quod orationis genus à Christo tantopere commendatum est, cum vult nos *semper orare nec deficere*; & ab Apostolo cum dicit: *Sine intermissione orate*. At nunquam hæc oratio confundenda est cum contemplatione purâ & directâ, aut sumptâ, ut ait Sanctus Thomas, *in perfectissimis actibus*. Oratio, quæ in eo consistit, ut quidquid consultò agimus, ad DEum referamus, aliquatenus perpetua esse potest: hoc est quamdiu actiones deliberatæ durant, tamdiù & illa durare potest. Eo in casu uno somno interruptitur, cæterisque naturæ defectibus, per quos omnis actio libera & meritoria definit. At pura & directâ contemplatio, hâc etiam perpetuitate vacat, quia sæpiùs intermittitur distinctarum virtutum actibus, cuicumque Christiano necessariis, & qui minimè sunt puræ & directæ contemplationis actus.

Qui sic loquitur, ambiguitatem tollit ex eâ materiâ in quâ ambiguitatem admittere periculosum est: impedit quòminus mystici, fidei dogmatis malè imbuti, suum statum talem exhibeant, qualem experirentur, si in hujus vitæ peregrinatione non ampliùs incederent.

Postremò loquitur ut Cassianus, qui in primâ collatione dicit puram contemplationem in hâc vitâ nunquam esse absolutè perpetuam.

Articulus 25. Falsus.

Pura & directa contemplatio in quibusdam animis absolutè perpetua est. Somno ipso non interrumpitur. Consistit in simplici & unico actu qui permanet, quem iterare nunquam est necesse, & qui per seipsum subsistit, nisi contrario aliquo actu revocetur.

Qui sic loquitur, hujus vitæ peregrinationem negat, negat & naturales animæ defectus, & somni statum, in quo actus & libertate & merito vacant. Contemplantem animam simul dispensat distinctis virtutum, ejus statui necessariorum, actibus, qui non utique sunt puræ & directæ contemplationis actus. Ignorat denique omnem intellectûs aut voluntatis actum essentialiter esse momentaneum; atque ut per Decem momenta DEUS ametur, decem distinctos amoris actus sibi succedentes esse eliciendos; quorum primus non est secundus; quorum alius sine alio esse potest; quorum

unus adeò effluxit, ut nihil ex eo supersit cum alius, qui nondum erat, incipit. Denique deliramenta profert non minùs primis philosophiæ principiis adversantia, quàm secundùm religionis regulam portentosa.

Articulus 26. Verus.

PER intervalla, quibus pura & directà contemplatio interrumpitur, anima in omnibus suis deliberatis actibus distinctas virtutes exercere potest eadem pace, eadem gratuiti amoris puritate, quâ contemplatur, cum ad contemplationem actu allicitur. Idem amoris exercitium, quod contemplatio aut quies dicitur, cum in suâ universitate manet & ad nullum singulare officium adjungitur, quamlibet distinctam virtutem induit, prout variis occasionibus accommodatur: objecto enim, ut loquitur Sanctus Thomas, omnes virtutes specificantur. Verùm in diversis illis specificationibus quantum ad motivum * aut finem idem semper est amor purus & placidus.

* Hic agnovi objecta formalia, quæ in scholis motiva specifica nuncupantur, & quibus specificantur virtutes. *Motivum verò ac finem feci synonyma.* Revera locutus sum cautè etiamsi unius vocis usum scholasticum immutaverim ad mysticos faciliùs erudi-

endos. Quod enim de motivo dicunt Theologi, hoc de objecto formali abundè locutus sum, præterea complures Theologi à me laudati principium amoris moventis dixere motivum. Vide Ep. Pastor.

Qui sic loquitur, secundum scholam exactissimam & cautissimam loquitur.

Articulus 26. Falsus.

* Hæc contemplatio non est omnimoda contemplatio, sed tantum unius divinitatis abstractivè sumptæ. Alia datur contemplatio positivâ, quâ ascetæ omnia objecta fidei contemplan-
Pura & directâ contemplatio nullatenus interrumpitur, ita ut exercendis distinctis virtutibus, cuique statui necessariis, nullum intervallum relinquat. omnes deliberati actus quos per vitam ex-erit contemplator, pertinent ad res divinas, quæ sunt præcisum puræ contemplationis objectum; atque hic status ab objectis, quibus amor applicatur, nullam virtutum distinctionem aut specificationem accipit.

Qui sic loquitur, universas interiores virtutes extinguit. Non perpetuæ tantum sanctorum Doctorum traditionum, & Dionysii, sed & expertissimis mysticis adversatur. Sancto Bernardo contradicit, sanctæ Theresiæ & Beato Joanni à Cruce; qui propriâ experienciâ edocti, puram contemplationem unius dimidiæ horæ spatio circumscribunt: ut intelligatur semper supponendum esse contemplationem puram certis finibus contineri.

one:

Articulus 27. Verus.

Pura & directa contemplatio negativa est, cum nullâ sensibili imagine, nullâ distinctâ, atque, ut loquitur Sanctus Dionysius, *nominabili*, id est nullâ finitâ & particulari de divinitate ideâ voluntariò occupatur.* Sed quidquid sensibile ac distinctum, id est comprehensibile ac finitum, transcendit, ut unam purè intellectualem & abstractam infiniti, & incircumscripti entis ideam amplectatur. Idea hæc, quamvis ab eo omni, quod imaginari aut comprehendere potest, diversissima, maximè tamen realis est, & maximè positiva. Hujus ideæ purè immaterialis & quæ neque per sensus, neque per imaginationem transmeavit, simplicitas non obstat, quò minus Dei attributa Contemplationis objecta distincta esse possint. Essentia quippe attributis destituta, nulla essentia foret. Entis enim infinitè perfecti idea in suâ simplicitate infinitas hujus entis perfectiones essentialiter continet. Non impedit hæc idea quomodo

talis est anima in qua nullus jam appetitus, nulla imagines, aut forma creaturarum reperiuntur. Sic Bloisius: quolibet imago item cogitatio de passione Domini hominem in hac mortali vita impedit, quando ad mysticam cum super-substantiali superintellectualique Deo unionem consurgere vult. . . . ea ergo hora hujusmodi sanctæ cogitationis atque imagines (qua aliàs utilissime & suscipiuntur & retinentur) declinanda relinquendaq; sunt. Quia medium aliquod constituit inter animam & Deum &c. instit. c. 12. p. 399.

locutiones adeò absolutas nunquam admisi. Imagines & ideæ limitatas à sola contemplationis negativæ specie arcendas dixi.

* Præter
contemplatio-
nem negati-
vam assigno
positivam, in
quâ Christi
mysteria sunt
spectaculo a-
nimæ piæ.

* Non me-
thodô discursi-
vâ & medita-
tivâ, sed sim-
plicitate con-
templativâ,
mysteria tunc
considerantur.

minùs contemplatrix anima tres perso-
nas distinctas distinctè etiam contem-
pletur, quoniam idea, licet simplicissi-
ma, diversa nihilominùs objecta, à se
invicem distincta, exhibere potest.* De-
nique hæc simplicitas distinctum Christi
humanitatis & singulorum ejus myste-
riorum conspectum minimè excludit;
quoniam cum divinitatis ideâ adjunctas
etiam alias ideas admittit pura contem-
platio. Omnia admittit objecta, quæ
pura fides nobis offerre potest. In re-
bus divinis solas sensibiles imagines, ac
discursivas operationes excludit. Quam-
vis actus, qui in Deum solum directè &
immediatè tendunt, sint magis perfecti,
si ex parte objecti & philosophico ri-
gore considerentur, nihilominus ex par-
te principii sunt æquè perfecti, id est,
æquè puri & meritorii, cum pro ob-
jectis habent objecta quæ Deus exhi-
bet, quibusque per unam gratiæ im-
pressionem occupamur. In hoc statu
anima non ampliùs Jesu Christi myste-
ria laboriosâ quâdam methodô & sensi-
bili imaginationis exercitatione confi-
derat, ut eorum sibi vestigia in cerebro
imprimat, iisque affectivè moveatur.* Iis
non ampliùs per discursivam operatio-
nem & perpetuam ratiocinationem occu-
patur, ut singulis ex mysteriis aliqua

concludat ; sed universa hæc varia objecta, ut certa, & præsentia per puram fidem effecta, simplici & amante intuitu conspicit atque complectitur. Sic potest anima in eminentissimâ contemplatione, fidei quàm maximè explicitæ actus exercere. Beatorum in cœlis contemplatio purè intellectualis distinctè versatur circa universa hæc servatoris humanitatis mysteria, cujus beneficia & triumphos celebrant. Quantò minùs distincto horum omnium objectorum intuitu minui potest imperfectissima viatorum contemplatio?

Qui sic loquitur, loquitur ut omnis traditio, utquæ omnes sancti mystici loqui intenderunt.

Articulus 27. falsus.

Contemplatio pura omnem imaginem, id est, omnem etiam purè intellectualem ideam excludit. Contemplatrix anima nullam Dei, quâ cæteris à substantiis distinguatur, realem & positivam ideam admittit. Neque divina attributa, quibus ab omnibus creaturis secernitur, neque tres personas distinctas debet intueri, ne ipsius intuitûs simplicitas minuatur. Multò minùs

occupari debet de Christi humanitate, cum Christi humanitas non sit divina natura; nec de ejus mysteriis, cum Christi mysteriis nimis distraheretur. Hujus statûs animæ nullum amplius opus habent cogitandi de Jesu Christo, qui dumtaxat via est, quâ ad patrem perveniatur, quoniam ipsæ terminum jam affectæ sunt.

Qui sic loquitur, ignorat quid per puram contemplationem omnes mystici intellexerint. Fidem extinguit, quâ extinctâ contemplatio nulla est. Commentitiam excogitat contemplationem, cujus objectum reale nullum sit, & quæ Deum à nihilo distinguere nequeat. Christianismum efficiendo purum, efficit nullum. Deismum quemdam inducit, qui mox in aliud Atheismi genus relabitur, ubi Dei ut à creaturis distincti omnis idea realis rejicitur. Duplicem denique impietatem profert, * Alteram quâ supponit quemquam hic degere contemplantem, qui nec sit viator, nec indigeat viâ, quippe qui terminum jam attigerit; alteram quâ ignorat Jesum Christum, qui via est, veritatem etiam ac vitam esse; nec minus nostræ salutis esse consummatorem quam authorem. Angelos postremò in suâ vel præaltissimâ contemplatione Christi mysteria anim-

* Quantum abhorret animus à Christo non amplius considerando.

advertere in votis habuisse, ac beatos immortale agni canticum coram eo indefinenter concinere.

Articulus 28. verus.

Contemplantes animæ nunquam, dum hic vivunt, simplici & distincto Christi intuitu in perpetuum orbantur. Sensibili autem, reflexo atque distincto Christi intuitu duobus temporibus destituuntur. * 1. In ferventibus nascentis contemplationis primordiis, exercitium illud est imperfectissimum, Deum confuse duntaxat exhibet. Anima sensibili illâ suavitate, quâ apud se revocatur, velut absorpta, nondum ullo intuitu distincto occupari potest: adhuc infirma, iis distinctis aspectibus aliquo modo distraheretur atque in ratiocinantem meditationem, unde vix egressa est, iterum relaberetur. Ea Christi distinctè videndi impotentia *non perfectio, sed imperfectio est hujus exercitii, quia tunc illud sensibile magis quam purum est.* Secundo in extremis probationibus anima Christum à conspectu amittit, quia tunc animæ adimit Deus possessionem & reflexam cogitationem

* Illa privatio ad tempus non est vera privatio. Auferitur tantum animæ ille Christi intuitus sensibilis, distinctus ac reflexus, quo suavissimè antea recreabatur.

* Si in contemplatione inchoatâ Christi mysteria non occupent mentem, hoc accidit non ex perfectione, sed ex imperfectione hujus contemplationis. Id autem fit per breve tempus.

eorum omnium quæ in eâ recta sunt, ut
 sic eam ab anxîâ & mercenariâ proprii
 commodi inquisitione puram præstet.
 Anima, in hoc involuntariæ perturba-
 tionis & caliginis statu, non magis Jesum
 Christum,* quam Deum, à conspectu a-
 mittit. Verùm illæ omnes jacturæ sunt
 tantùm apparentes & dilabuntur. Postea
 non minùs Christus, quam ipse Deus ani-
 mæ redditur. His duobus casibus exceptis
 anima vel maximè sublimis in actuali
 contemplatione de Jesu Christo per fi-
 dem præsentem exhibito occupari potest;
 & per ea temporum intervalla quibus
 definit contemplatio, etiã nùm de Jesu
 Christo occupatur. Quæ animæ emi-
 nentissimè contemplantur, easdem de
 Christo maximè occupari usus ipse e-
 docebit; cum *quâlibet horâ ut sponsa spon-
 sum alloquantur* *. Plerumque nihil in
 se præter eum intuentur. Omnia ejus
 mysteria continuò succedentia, omnes
 mortalis ejus vitæ status altissimè sibi
 imprimi experiuntur. Verum est Chri-
 stum in earum animis fieri quid ita inti-
 mum, ut eum non tam velut extraneum
 & exterius objectum, quàm ut interius
 suæ vitæ principium videre affuescant.

Qui sic loquitur, errorum teterrim-
 um errorem reprimit: sanctorum expe-

* Quid mi-
 rum si Christus
 cum ipso Deo
 & cæteris o-
 mnibus piis
 objectis sensi-
 bili modo non
 afficiat ani-
 mam, quæ in
 extremâ pro-
 batione versa-
 tur? Illa pro-
 batio extrema
 non est sine
 intervallis, &
 est brevis ipsa,
 nisi anima Deo
 renitens eam
 producat. vide
 articulum 8.
 sub finem pag.
 74. lib. Gall.
 & art. 9. sub
 fin. pag. 82.

* Vide quam
 familiariter &
 frequens ani-
 mæ cum Chri-
 sto colloquan-
 tur.

rientias & verba, quibus animæ illusioni traditæ facile abuterentur, dilucidè exponit.

Articulus 28. falsus.

Contemplantes animæ, quoniam ad terminum pervenerunt, Jesu Christi humanitatem, qui sola via est, distinctè percipere non amplius indigent. Jesu Christi caro non jam est illis dignum objectum. Non amplius eum norunt secundum carnem, etiam purâ fide factam præsentem. Non magis extra actualem contemplationem, quam in ipsâ contemplatione purâ de Christo occupantur. Deus, quem in summâ ejus simplicitate possident, illis sufficit, nec de personis divinis, nec de divinis attributis occupari tenentur.*

Qui sic loquitur, lapidem angularem subducit. Fidelibus subtrahit vitam æternam, quæ in eo posita est, ut cognoscamus Deum verum, & quem misit Jesum Christum ejus filium. Antichristus est, qui verbum carnem factum rejicit. Anathemate dignus est, quod Apostolus iis intentat, qui Dominum Jesum non amaverint.

* Quid aper-
tius & plenius
ad errores
Quietismi
conterendos?

si finas ait: A-
mor sine actu
placetne Chri-
sto? si non pla-
cet, quid pos-
sum valere?
... amor qui
me stringit, tol-
lit operationem,
scilicet velle &
agere.
 Cant, quod ita
 incipit: Amor
 de caritate.
 Unum amoris
 actum continu-
 um emitto, in-
 quiebat Greg.
 Lopez ch. 29.
 p. 293. mandu-
 cans, loquens,
 alia vel mente
 vel corpore a-
 gens, hoc exer-
 citium tantil-
 lum intermitte-
 re vix possem
 ch. 28. p. 287.
 nihil creatum
 valet me di-
 strahere, aut
 remittere hunc
 actum continuū
 amoris Dei &
 proximi, qui
 veluti naturalis evasit, cap. 29. pag. 291.

xere nullos se posse actus elicere: alii, ut
 Gregorius Lopes, unum continuum per
 omnem vitam actum edere se affirmarunt.
 * Utrique diversis specie tenus terminis
 idem intendunt. Non erumpunt in actus
 anxios, & inquietâ repetitâque sollicitu-
 dine notatos. Edunt actus adeò placidos,
 & adeò consimiles, ut ii actus licet maxi-
 mē reales, licet sibi invicem maximē suc-
 cedentes, atque etiam interrupti, illis ta-
 men unus actus non intermissus, aut quies
 continua videantur. Hinc contempla-
 tio illa silentii & quietis oratio vocata est,
 Hinc demum passiva dicta est. Absit ut
 unquam ita nominetur, quo ab ea exclu-
 dantur * realis, positiva, & meritoria li-
 beri arbitrii actio, aut actus reales & sibi
 invicem succedentes ac singulis momentis
 iterandi. Passiva solummodo nuncupa-
 ta est ut activitas animarum & sui studio-
 sa sollicitudo excludantur, quâ nimirum
 sese agitant ad sentiendam atque animad-
 vertendam operationem suam, quæ mi-
 nus adnotata foret, si simplicior &
 planior esset. Passiva contemplatio est
 tantum contemplatio pura. Activa sol-
 licitos & discursivos actus adhuc per-
 mixtos habet. Itâ cum contemplatio
 studiosâ illâ sollicitudine, quæ activitas

Has locutiones silentio prætermittas non oportuit. Eas at-
 temperare interpretatione cauta necessarium mihi visum est.
 Quænam autem interpretatio magis cauta adhiberi potuisset,
 quam illa, quæ in eo libelli loco occurrit? Vide etiam p. 180, 181.
 182, & 183. Gallic.

Articulus 29. Verus.

INfusa dici potest contemplatio passiva, in quantum perfectissimas animas suavitate & pace prævenit, etiam uberiore, quam eâ, quâ cæteræ gratiæ justos minus perfectos præveniunt. Hæc contemplatio gratia est, etiam magis gratuita, quàm cæteræ omnes, quæ ad merendum datæ sunt, quia purissimam & perfectissimam charitatem operatur. Verùm contemplatio passiva nec purè infusa est, cum libera sit ac mereatur, nec purè gratuita est, cum per eam anima gratiæ obsequatur. Citrà miraculum habetur, cum testibus sanctis omnibus, in unâ cognitione amante consistat; & absque miraculo ad firmissimam fidem & purissimam charitatem gratia sufficiat. Hæc denique contemplatio miraculosa esse non potest, cum in puræ & obscuræ fidei statu supponatur, in quo fidelis nullo alio, quàm simplicis revelationis & Ecclesiæ authoritatis, justis omnibus communis, lumine ducitur. Constat quidem complures mysticos hanc contemplationem supposuisse miraculosam, quia veritatem, quæ

per sensus & imaginationem ad mentem non venerit, per eam contemplamur. Constat præterea ab iisdem mysticis admissum fuisse quemdam intimum animæ fundum, qui in hac contemplatione operabatur, tum cessante omni operatione distinctâ potentiarum. Sed hæc duo manarunt ab unâ scholæ philosophiâ, quâ mystici illi erant præoccupati. Totum hoc prægrande mysterium evanescit, statim atque cum sancto Augustino supponis nos intellectuales habere ideas, quas à sensibus non haufimus; cumque aliunde supponis animæ fundum, seu intimam animam non esse ab animæ potentiis realiter distinctam. Tunc contemplatio passiva reducitur omninò ad aliquid simplicissimum, quod nihil miraculi continet. Series est actuum fidei & puri amoris ita simplicium, ita directorum, ita tranquillorum, atque ita uniformium, ut unum dumtaxat actum, aut etiam nullum actum, sed puræ unionis quietem componere videantur. Quapropter non vult Sanctus Franciscus Salesius eum dici unionem, ne motus, aut uniendi actio exprimatur, sed simplicem & puram unitatem. * Hinc alii, ut S. Franciscus ab Assisiâ in suo magno Cantico, di-

* *Mens in summo sui culmine, inquiebat Mater de Chantalis, est unitas simplicissima. Dum vult unionis actus edere (quod quidem frequentius tentat) conatur quemdam sensum, & manifeste intelligit non sese unendum esse, sed manendum unitum.*
 * S. Fr. Salesius hunc statum approbavit. Hoc ultimum sit consilium, inquit, ab hac via nunquam discedas. Vita matris de Chant. p. 400 & 401,

dicitur, adhuc mixta est, adhuc etiam acti-
 va est. Cum verò hujus activitatis nihil ha-
 bet reliquum, omninò est passiva, id est
 pura & in agendo placida. Denique quò
 magis anima erga Deum passiva est, eò ma-
 gis quoque ad ea, quæ sibi agenda sunt,
 activa est; id est, quò dociliorem divinæ
 impulsioni animum adhibet, eò quoque
 efficacior, quàmvis nec repetitum, nec
 agitatum, motum habet. Semper enim
 perindè constat quo majora à Deo accipit
 anima, eò diligentius quæ accepta sunt, ad
 Deum ab eâ esse referenda. Hoc fluxu ac
 refluxu, omnis gratiæ ordo, omnis creatu-
 ræ fidelitas continetur.*

Qui sic loquitur, omnibus illusioni-
 bus occurrit. Penitus explicat passivam
 contemplationem, quæ nec absque insigni
 temeritate negaretur, nec absque gravi pe-
 riculo longius extenderetur. Explanat
 quidquid à sanctis dictum est aliis termi-
 nis, quos offudit aliquâ caligine quorum-
 dam Theologorum subtilitas.

* Hæc de con-
 templatione a-
 ctuali, & passi-
 vâ, non de
 virtutum di-
 stinctarum ex-
 ercizio quoti-
 diano dicuntur
 Ergo hic non
 excluditur a-
 ctuum conspi-
 cua distinctio
 ex variis virtu-
 tum speciebus
 petita, nec alia
 distinctio peti-
 ta ex illa vi-
 quam concu-
 piscentiæ do-
 mandæ inferri
 oportet, ut, ad
 sanguinem us-
 que, peccato
 repugnemus.
 Vide art. II pag.
 101. & 102. lib.
 Call.

* Objicies: ad contemplationem passivam ut ad perfectionem
 invitandos esse omnes fideles.

Respondeo 1. contemplationem non esse perfectionem, sed u-
 num exercitiorum quæ perfectioni maxime competunt: ad omnia
 perfectionis exercitia omnes non sunt invitandi.

2. Distinguendæ sunt contemplatio & passivus cooperandi gra-
 tiæ modus. Contemplatio passiva aliis datur, aliis non datur à
 Deo. Passivus cooperandi gratiæ modus est perfectio ipsa, ad
 quam omnes, etiam imparati, remotè invitantur; pauci digni qui
 proximè ad hunc statum à gratia impellantur.

I ij

Articulus 29. falsus.

PASSIVA contemplatio purè passiva est; ita ut in eâ liberum arbitrium non amplius gratiæ per ullum actum realem & momentaneum cooperetur. Purè infusa est, purè gratuita, per eamque anima nihil omninò meretur. Supernaturam est, & ex miraculo; dumque durat ex puræ & obscuræ fidei statu animam extrahit. Raptus est, aut supernaturalis occupatio quâ anima prævenitur. Extraordinaria est occupatio quâ anima à communi regula eximitur. Per eam absolute ligantur & evacuantur potentiæ, ita ut intellectus & voluntas omni operandi facultate omninò & absolute vacent. Quod proculdubio extasis est, & miraculosa suspensio.

* Hæc potentiarum ligatura, & libertatis absoluta privatio in exercendis actibus discursivis, mihi videtur periculosissima in praxi, & viæ fidei obscuræ, ab asceticis tantopere laudatæ, fines prætergredi.

Qui sic loquitur, puræ fidei evertit systema, quod veri omnes mystici, inter primisque Beatus Joannes à Cruce tuerentur. Contemplationem passivam, quæ libera est ac meritoria, confundit cum gratiis purè gratuitis, quæ nihil commune habent, & quibus, si sanctorum monitis pareamus, nos voluntariò nunquam prætergredi.

quàm detinendi sumus. Omnibus sanctis
 adversatur auctoribus, qui contemplatio-
 nem illam ponunt in intuitu libero, a-
 mante, ac meritorio; ac proinde in ve-
 ris, sed simplicibus utriusque hujus po-
 tentiæ actibus. Ipsi repugnat sanctæ The-
 resiaë, quæ animam in septimâ mansione
 horum expertem esse affirmat raptuum,
 quibus contra naturæ ordinem, intelle-
 ctûs & voluntatis operationes suspendun-
 tur. Universis contradicit spiritualibus
 viris, qui dixerunt, suspensis naturalibus
 operationibus, non modò perfectum
 quemdam statum non constitui, sed con-
 tra significant naturam nondùm satis pu-
 ram esse, talesque effectus intereà desine-
 re, cùm anima in statu fidei purior & Deo
 familiarior efficitur. Confundit difficul-
 tatem, quam anima pura experiretur in
 eliciendis inquietis & reflexis actibus in
 proprium commodum mercenariè appe-
 titum contra præsentem allicientis gra-
 tiæ lucem, cùm absoluta ullos actus, et-
 iam per naturæ conatum, eliciendi impo-
 tentia. In hac materia error aliis quidem
 fons esset illusionis inexhaustus; aliis ve-
 rò scandali malè accepti iniquissima oc-
 casio.

os + so

* En vides actus aliquandò quasi indistinctos, eò quòd sint simplices, directi, & æquabiles, scilicet in actuali contemplatione: aliquandò verò conspicuo discrimine distinguuntur in virtutum variarum exercitio, extra contemplationis quietem; quàmvis actus virtutum in eo statu plerumque placidè exercentur.

*! Frequens ejusdem clausulæ generalis repetitio, quâ totum libelli systema attemperatur.

Articulus 30. Verus.

STatus passivus, de quo multa sancti mystici dixere, eo dumtaxat modo passivus est, quo contemplatio est passiva; id est excludit non actus placidos & gratuitos, sed unam activitatem, seu actus inquietos ac de propriis commodis mercenariè exquirendis sollicitos. Passivus status ille est, in quo anima non amplius mixto amore Deum prosecuta, de liberatos actus omnes plenâ quidem & efficaci, sed placidâ, nec sui studiosâ voluntate producit. Aliquandò simplices edit, * & indistinctos quos quietis & contemplationis nuncupant; aliàs distinctos virtutum ipsius statui competentium actus exerit. Utrosque tamen æquè passivè, hoc est æquè placidâ & gratuitâ voluntate exercet. Habitualis quidem est hic status, * at non cujuslibet variationis expers. Præterquam quòd enim anima eo absolutè excidere potest, in eo culpas veniales admittit. Nullam hic status extraordinariam inspirationem supponit; pacem dumtaxat & summam animæ docilitatem

complectitur, qua omnibus gratiæ impressionibus mira facilitate obsequitur.

Pluma levis & siccata minimæ venti au- **Cassianus,**

ræ cedit, eoque huc & illuc promptissimè rapitur; si gravis & madida sit, proprio pressa pondere, non eadem facilitate movetur atque extollitur. Anima in mix-

to, id est in minùs perfecto amore, adhuc superstite aliquo mercenario timore contrahitur, quo, cum flante interiore spiritu impellitur, minùs levis, minùs agilis, mobilis minùs efficitur. A qua agitata

neque potest limpida perlucere, nequè objectas vicinarum rerum imagines purè accipere. *Aqua vero tranquilla purissimi*

instar speculi nitet. Plurium quidem **Blosius.**

objectorum sinceras imagines excipit, nullas autem retinet. Talis est anima pura & placida. Deus in ea suam, & omnium,

quæ vult, objectorum imaginem imprimit; omnia imprimuntur, delentur omnia. Nullam propriam hæc anima formam affectat, omnibus, quas sibi largitur gratia, perinde delectatur. Ei nihil superest, omniaque ut in aqua delentur, ubi primùm Deo quid novi imprimere visum est. Unus amor purissimus summam hanc pacem, & perfectam docilitatem parit. Status ille passivus non est contemplatio semper actua-

Sup. ...

136 PLACITA SANCTORUM

lis. Contemplatio quæ finitis temporibus circumscribitur, hujus statûs habitualis partem dumtaxat constituit. Amor gratuitus non minùs gratuitus, ideoquè non minùs placidus esse debet in distinctis virtutum, quàm in indistinctis puræ contemplationis actibus *.

* Hi actus virtutum etiam si non sint anxii & solliciti, conspicuo discrimine distinguï possunt, ex variarum virtutum quas exercent piscentiæ.

Qui sic loquitur, omnem ambiguitatem tollit, & statum admittit qui nihil est præter unum puri amoris exercitium, ab universâ traditione tantoperè commendatum.

generibus, & ex vi aliquandò inferenda concu-

Articulus 30. Falsus.

STatus passivus consistit in passivâ contemplatione, quæ perpetuò durat; hæc autem passiva contemplatio est quædam species continuæ extaseos, aut miri potentialiarum vinculi, quo realem agendi liberè facultatem amittunt.

Qui sic loquitur, passivum statum cum passivâ contemplatione confundit; prætereàque falsissimam habet de passivâ contemplatione notitiam. Statum supponit miræ & perpetuæ extaseos, quæ

omnem fidei viam, libertatem omnem, omne & meritum & demeritum excludit; & quæ cum hujus vitæ peregrinatione stare nullo modo potest. Sanctorum experientias ignorat, & universas eorum ideas confundit.

Articulus 31. Verus.

IN statu passivo est quædam simplicitas, & infantia à sanctis designata; sed Dei filii qui simplices sunt *in bono, semper prudentes sunt adversus malum: sinceri, ingenui, placidi, nihil affectantes. Non sapientiam, sed unam sapientiæ proprietatem rejiciunt. Non magis sapientiam, quam cæteras omnes virtutes, sibi* propriam vindicant. Quolibet temporis momento fideliter utuntur naturali rationis, & supernaturali gratiæ lumine, ut secundum scriptam legem, idque quod verè decet, se gerant. In eo statu neque sapit anima per sollicitam sapientiæ inquisitionem, neque per mercenarium in se respectum, ut sibi de suâ sapientiâ * fidem faciat, eâque ut sibi propriâ perfruatur; sed parùm anxia utrum in se sapiat, in Deo*

* In virtutibus proprietas tantum, nempe affectus naturalis & imperfectus, non motivum specificum excluditur, Exemplo sapientiæ id lucidè patet de cæteris virtutibus.

* En naturalis nostri ipsorum amor, qui in virtutibus comparatis sibi indulget.

138 PLACITA SANCTORUM

sapit, nullis temerariis & inordinatis, aut animi aut naturæ motibus conulio feruens; & quolibet temporis momento, tam rationis, quàm gratiæ lumen adhibens quidem, nullo autem id sibi vindicans. Hoc temporis momentum per quoddam morale spatium extenditur, quo intelligendum est ea omnia comprehendendi, quæ ad id, de quo agitur, ex naturâ referuntur. Ita cuique diei sufficit malitia sua, & crastinum diem de se ipso sollicitum esse anima sinet; quia crastinus hic dies, qui ad eam nondum pertinet, si adveniat, suam & gratiam & lucem secum afferet. Tales animæ dignæ sunt quæ singularem providentiæ curam sibi concilient, in cuius sinu, instar infantium materna inter ubera quiescentium, tranquillæ, nec de futuro sollicitæ vivunt. Non se possident ut sapientes, qui contrâ Apostoli præceptum *sibi ipsis sapiunt*. Sed præsentî gratiâ, quâ Dei spiritus in illas infunditur, se quâlibet occasione possideri, doceri, moveri patiuntur. Hæ animæ se extraordinariò inspirari non arbitrantur. Contra errare se posse existimant, erroremque nullâ aliâ ratione vitant, quàm quòd nullum ferè unquam iudicium de ullâ re ferant. Corrigi se sinunt, nec suo sensu, nec propriâ voluntate abundant. Tales parvulos ad se venire vult Chri-

stus. Columbæ simplicitati integram serpentis prudentiam adjunctam habent; prudentiam autem dumtaxat, quasi mutuò acceptam, quam sibi non magis vindicant, quàm solis radios mihi vindico, cum ad ejus lumen ambulo. Tales pauperes spiritu, quos Christus beatos prædicavit, & qui à propriis dotibus animum avocant, quemadmodum universi Christiani à rebus terrenis amovere tenentur. Tales parvuli quibus sua DEUS mysteria revelare gaudet, quæ à prudentibus & sapientibus abscondit.

Qui sic loquitur, secundum Evangelii, totiusque traditionis mentem loquitur.

Articulus 31. falsus.

Fallax lumen ratio est; eâ inconsultâ agendum est. Decorum omne insuper habendum. Primis naturæ motibus, ut divinis, indubitanter obtemperandum. Non sollicita modò, sed omnis planè reflexa cogitatio recidenda; non solùm anxie provida, sed omnis omninò de futuro cautio. Non sufficit si apud te non sapias; adeò tui cura vel simplex & placida abjicienda est, ut ad

solis gratiæ motibus parendum, præcipientes naturæ motus elanguescere non patiaris.

Qui sic loquitur, rationem, quæ in naturæ ordine divinorum donorum præcipuum est, malam esse censet; ideoque factuum & impium Manichæorum errorem renovat. Perfectionem in perpetuum Fanatismum transmutat. Deum quolibet momento esse tentandum intendit.

Articulus 32. verus.

IN passivo statu est libertas quædam filiorum Dei, ab effrænata filiorum seculi licenita planè abhorrens. Simples illæ animæ non jam torquentur scrupulis animarum, quæ proprio commodo mercenariè & timent & sperant. Facit purus amor ut familiariter quidem, sed reverenter cum DEO agant ut sponsa cum sponso. Pace & lætitia innocenti perfrauntur. Corpus & animam, ubi verè opus est, simpliciter & indubitanter reficiunt, quemadmodum proximo, ut idem faceret, suaderent. De se loquuntur non ut consulto judicent, sed mera obedientia & ve-

râ necessitate ductæ, prout eo ipso temporis articulo res apparent *. Tunc de se ut de aliis candidè loquuntur sive in malam, sive in bonam partem, nullatenus adhærentes aut iis rebus quæ sibi videntur, aut existimationi quam ex suâ simplici & modestâ oratione cæteri de se conciperent. Quidquid in se boni est, si quid est, ad Deum læto & humili animo referentes.

* Quodnam severius temperamentum hoc in articulo apponere potuissem, non intelligo.

Hæc omittere non debui, ac si omissem, silentium carperent critici. Hæc enim inscriptis sanctorum passim occurrunt. S. Fr.

Qui sic loquitur; quæ sancti experti sunt, illæsâ Evangelicâ regulâ loquitur.

Affinas, B. Angela de Fulgineo, D. Catharina Genuensis, Greg. Lopes, S. etiam Theresia magna de se ipsis dixere.

Articulus 32. Falsus.

A Nimarum passivarum libertas in eâ fundata est innocentia, quâ nihil sibi tribuant, & quâ purè faciant quidquid facere libitum est, quàmvis id ipsum in aliis abnorme nec excusandum foret. Lege jam vacant, quia lex justo non est polita, modò justus nihil sibi vindicet, nihilque sibi adlaboret.

Qui sic loquitur, obliviscitur ideò dici scriptam legem ad justum non per-

tinere, quòd interiori amoris lege exte-
rius præceptum semper præveniatur,
quòdque summum de amore mandatum
cætera omnia complectatur. Christia-
nam pietatem in abominationem vertit.
Sanctum Dei nomen blasphemias genti-
lium objicit. Vertiginis & mendacii spi-
ritui animas tradit.

* Hanc adu-
nationem vir-
tutum in cha-
ritate perfe-
ctorum asser-
tam leges in
art. 13. inter
triginta Iffiaci
editos.

Articulus 33. Verus.

Est quædam omnium virtutum in a-
more adunatio,* quæ distinctum cu-
jusque virtutis exercitium nunquam ex-
cludat. Caritas, ut sanctus Thomas *

* Amor, id ait post Sanctum Augustinum, virtutum
est charitas, omnium forma est, aut principium. Par-
ticulari objecto, circa quod amor ver-
fatur, illæ distinguuntur & specifican-
tur. Amor impuræ voluptatis abstinens,
castitas est; * idem amor laborum pa-
tientia. Amor ille ser-
gnente, impe-
rante, infor-
mante. Forma
dat esse rei. tem, id est ut fortitudinem, magnitu-
dinem, pulchritudinem, disciplinam, per-
fectionem. Anima gratuita charitate præ-
dita virtutes, ait Sanctus Franciscus
Salesius †, non amat vel quia decore &

* Hæc ex
Augustino de-
prompta.
† 12. Ent.
de la simp.

*pure sunt, vel quia amore digna sunt, vel quia sectatores suos ornant & perficiunt, vel quia merentur, aut aeternum primum parant; sed quia sunt Deibenepiacitum. Animagratia, ut ait idem sanctus de matre de Chantal, † nec culpas abluat ut munda sit, nec virtutibus ornatur ut pulchra sit, sed ut sponso sit grata, cui si æquè deformitas placuisset, æquè deformitatem ac pulchritudinem amasset.** Tunc omnes virtutes exerce, nequidem cogitando utrùm sint virtutes. Quolibet temporis momento unam Dei, cui parendum est, voluntatem meditaris; * & amor zelotypus simul facit, nè deinceps virtutem tibi ambias, nec majori unquam virtute præditus sis, quam cum virtutem non affectas. Hoc sensu dici potest anima passiva & gratuito amans, amorem ipsum non velle ut perfectionem, fælicitatemque suam, sed dumtaxat ut id quod à nobis vult Deus. Hinc ait Sanctus Franciscus Salesius † *nos ad nosmet ipsos reverti, cum amorem loco dilecti diligimus.* Idem alibi: *salutem quidem rectum est desiderare, sed perfectius est nihil desiderare.* Intelligit Dei amorem non esse optandum in quantum est nostra fælicitas. Denique ut id quam absolutissimè enunciet, idem ait elaborandum

* Hoc totum manifestè significat tantum proprietatem virtutum, seu affectum meritorium amputandum esse in perfectis.

† Vie de M. de Chantal. p. 246

* Virtuti quatenus ornamento proprio minimè studendum. De cætero anima singulis in circumstantiis quarit quod decet, quod ad finem ultimum conducit, etiam si sæpè secum non reputet explicitè, an hoc sit decens, an hoc ultimo fini consentaneum sit, an exercenda hic & nunc hæc, an illa virtus.

† Amour de Dieu l. 9. c. 9.

esse, ut in Deo una Dei pulchritudo ametur, non autem delectatio, quæ ex divini amoris pulchritudine manat. Quos unctio non docuit, iis distinctio hæc tenuis videbitur, sed in traditione, à Christianæ religionis primordiis deductâ, fundata est; nec potest contemni nisi contemptis sanctis, qui perfectionem in tam tenera puri amoris zelotypia consistere affirmarunt.

Qui sic loquitur, repetit quæ sancti mystici, S. Clementem & ascetas secuti, de virtutum intermissione dixerunt & quæ summa cautione explicanda sunt.

Articulus 33. Falsus.

IN statu passivo non jam locus est distincto virtutum exercitio, quia pura charitas, in cuius tranquillitate omnes eminenter continentur, ab iis exercendis animas omninò eximit.

Qui hæc loquitur, Evangelio adversatur; Ecclesiæ filiis offendiculum objicit; eis qui mortui sunt, nomen tribuit quod vivant.

Arti-

Articulus 34. Verus.

Mors spiritualis, de qua tot sancti mystici locuti sunt cum Apostolo, qui fidelibus scribit, *mortui estis*, nihil est præter amorem purissimum ab omni propriae voluntatis appetitione mercenaria alienissimum; ita ut anxietas omnis & sollicitudo, quæ *ex minus gratuito agendi fine oritur*, gratia operationem non minuat, * eademque gratia liberrimè agat. Spiritualis resurrectio * nihil est præter habitualement puri amoris statum, ad quem non nisi post probationes huic perficiendo destinatas plerumque pervenitur.

* Affectu mercenarius non est ex gratia, quippe qui gratiæ operationem minuit

* Dicitur status mysticæ unionis, quando à pressura rigida privationis respirans anima cœpit reviviscere.... in libertatem spiritus paulatim transit. Bona. viâ comp. c. 10. pag. 110.

Qui sic loquitur, cum omnibus sanctissimis & prudentissimis mysticis loquitur.

Articulus 34. falsus.

Morte spirituali vetus homo penitens interimitur, & concupiscentiæ scintillæ vel ultimæ extinguuntur. Tùm naturæ motibus obfistere nec tran-

K

quillâ quidem obfistentiâ, nec ulli JESU CHRISTI medicinali gratiæ refpondere neceffe eft. Spiritualis refurrectio eft integra novi hominis in ætate & in plenitudine hîc ut in cælis perfecti confummatio.

Qui fic loquitur, hærefis author eft & impietatis, quâ univerfi mores Chriftiani corrumpuntur.

Articulus 35. verus.

* Intelligimus non fubftantialem transformationem; abfit ut confentiamus errori jam pridem damnato, quo quidam opinati funt animam hominis à proprio efſe definire, & in ipſam Dei efſentiam transformare: ſed arctiſſimam unionem cum ſummo bono, quâ mysticus divinæ confors naturæ factus modo perfectiſſimo, in eandem imaginem transformatur de claritate in claritatem, tamquam à Domini Spiritu: ita ut in ejuſmodi foelicitate perfecta ratio mysticæ poſſeſſionis inveniatur. *Bona via comp. pag. 161.*

T*ransformationis ſtatus, ** de quo tot ſancti veteres ac novi toties locuti funt, nihil eſt aliud quàm ſtatus maximè paſſivus, id eſt omni agendi nimiam celeritate ac mercenariam ſollicitudine expertiſſimus. Tranquilla anima & omnibus vel tenuiſſimis gratiæ impulſibus miram agilitate obſecundans, globum refert in plano poſitum, nulliusque hoc in fitu proprii motûs ex naturam appetentem. Omnes ille perinde in partes circumfertur, & leviffimam impulſione huc & illuc movetur. In hoc

statu anima uno amore I ardet : unum
 novit amorem: amare illi vivere est, &
 velut ipsum esse atque subsistere quo-
 niam amor omnium ejus animi affectuum
 fons & origo est.

2. Ut hæc anima ex
 se 3 nullâ anxîâ agitatione movetur,
 ex se quoque nullo motu incompósito
 in Dei moventis manu movetur. Ita

motum unum, 4 nempe sibi impressum,
 experitur; eâdem ratione quâ homo ab
 alio impulsus unam dumtaxat impul-
 sionem sentit, cùm eam inconcinnâ a-
 gitatione non interturbat. Tunc cum

Sancto Paulo simpliciter ait: *Vivo ego,*
jam non ego, vivit verò in me Christus.

Se Jesus Christus in mortali carne mani-
festat, ut eum in nobis singulis mani-
festari vult Apostolus. Tunc imago Dei
obscurata, & in nobis à peccato tota ferè
obliterata, in nobis reformatur, reno-
vatque similitudinem, quæ transforma-
tio nuncupata est. 5. Tunc si anima illa

de se simpliciter, ut conscia est, loqua-
 tur, cum Sanctâ Catharinâ Genuensi
 ait: *Meipsam in meipsâ non amplius no-*
vi; in me nihil nisi Deus 6 est. Si ve-

ctio, innovatio, similitudo Dei, cunctis justis competunt qui-
 dem, sed specialiter perfectissimis. Hæc à Sanctis usurpari solent,
 ut perfectiorem statum describant; verbi gratiâ, Card. Bona id
 fecit in loco paulò superius citato de transformatione.

6. Hoc ipsum Deo dixit, Card. Bona: Siquid meum dico, si me
 ipsum nomino, te solum intelligo, qui solus meus es, & omnis
 essentia mea in te est, via comp. p. 160.

1. Unus amor
 supernaturalis
 eam tunc mo-
 vet, ablato na-
 turali & mer-
 cenario, qui
 tantisper im-
 pedimento
 verteretur, quæ
 amat, amat, &
 aliud novit ni-
 hil. Bern. Serm.
 83. in Cantic.

2. Amor su-
 pernaturalis
 tunc est fons &
 origo omnium
 affectuum; re-
 secantur affe-
 ctus naturales
 & mercenarii.

3. Qui dicit
 ex se, dicit ex
 naturâ, non ex
 gratiâ impel-
 lente.

4. Nempe
 supernaturalè
 naturali am-
 putato.

5. Hæc omnia
 mors, resurre-

* Immutabilitas statûs negatur, quippe qui variabilis est in peregrinatione.

* Si illa delectatio naturalis ordini seu rationi non subjaceat, Deo nequidem implicite & habitu subordinatur, & est peccatum, si verò sit ratione ordinata, & Deo implicite sive habitu subdita in justis, non est peccatum, sed tantum imperfectio naturalis.

rò sese deliberatâ mente exquirat, sese odit, in quantum est aliquid extra Deum; id est seipsam ut à purâ gratiæ spiritûs impressione se junctam condemnat; quod horrore quodam facere eadem sancta consueverat. Hic status nec fixus est, nec *immutabilis*. * Solummodo constat non esse credendum animam absque præviâ aliquâ culpâ hoc statu excidere; quoniam *DEI dona sine pœnitentia sunt*, & in animis gratiæ fidelibus gratia non minuetur. Anima tamen per nimiam dubitationem & subtilissimam de se delectationem, * tam eminenti gratiâ indigna effici potest.

Qui sic loquitur, solemnibus scripturarum & traditionis usu verba recepta admittit; veterum Patrum vestigiis inhæret, qui puram animam esse transformatam & deificatam dixerunt; sanctorum, qui maximâ authoritate in Ecclesiâ valent, verba explicat; fidei dogma integrum conservat.

Articulus 35. falsus.

Transformatio est animæ deificatio vera & ex naturâ, aut unio hypostatica, aut *immutabilis* cum Deo

conformitas, quæ animæ adimit curam sibi invigilandi, hoc prætextu quod in ipsa nihil sit præter Deum.

Qui sic loquitur, impia & horrenda in Deum verba evomit: Angelum Sata-næ, quantum potest, in Angelum lucis transformat.

Articulus 6. Verus.

A Nimæ transformatæ ad interiora exercitia plerumque non egent certo ordine, locis ac temporibus accomodato, aut expressis formulis, aut piis usibus certâ methodo distributis. Ex consuetâ suâ & familiari cum Deo conjunctione nanciscuntur facilem ac simplicem unionis amantissimæ viam, quæ ab inferioris statûs animis nec comprehendi potest; & pernicioso exemplo ferret aliis omnibus minùs perfectis animis, quæ ordinatâ quâdam orandi ratione, ut se sustineant, adhuc indigent. Transformatæ animæ, licet citra morosam normam, semper debent nunc in distinctos quietæ ac puræ contemplationis, aliàs *distinctos*, * *sed placidos*, nullâque propriè utilitatis mercenariâ appetitione temperatos, omnium virtutum

* En virtutum actus quotidiani, qui etiam si placidi & gratuiti, conspicuo discrimine distingui possunt.



suo statui competentium actus elice-
re.

Qui sic loquitur, sanorum mystico-
rum verba emendatè exponit.

Articulus 36. Falsus.

TRansformatæ animæ nullum am-
plius opus habent, ut in ipso præ-
cepti aut consilii præciso casu virtutes
exerceant. Citrà hæc tempora in abso-
luto otio cujuslibet interioris actûs pla-
nè vacuo jacere possunt. Suæ dumtaxat
indoli, cupiditatibus, moribus, primis
naturæ motibus, indiscriminatim & cæ-
co impetu obsecundent. In illis enim
mortua est concupiscentia, aut ita sensim
sine sensu suspensa, ut existimandum non
sit fieri posse ut aliquandò repentè revi-
viscat.

Qui sic loquitur, periculo tentationis
animas objicit; lethalem illis superbiam
inspirat; Satanæ præceptis eas imbuit.
Concupiscentiam obliviscitur in nobis
aut agere, aut languere, aut suspendi, sed
ad reviviscendum in hoc morti & pecca-
tis obnoxio corpore, atque in actus pra-
vos improvisò erumpendum, semper &
ubiquè paratam.



Articulus 37. Verus.

A Nimæ vel maximè transformata li-
 bero semper gaudent arbitrio, quo
 possunt ad primi Angeli & primi ho-
 minis exemplum peccare. Præterea con-
 cupiscentiæ fomitem circumferunt,
 quamvis ipsius effectus medicinali gra-
 tiâ aut *suspendi aut minui queant**. Illæ
 animæ lethaliter peccare, & horrendum
 in modum errare possunt. Venialia etiam
 peccata admittunt, quæ cum universâ Ec-
 clesiâ unanimes deprecantur his verbis:
Dimitte nobis debita nostra &c. minima
 in fide dubitatione aut *mercenariâ cu-*
 pidâ sui recordatione * gratiæ fon-
 tem exficarent. Puri amoris zelo-
 tia promptitudo, quod cum ille niteretur ad omnem sanctitatem per-
 tingere, ipsa non solum non repugnaret, sed et præcurrere niteretur.
 In vita B. Fr. cap. 14. nunc lector conferat velim *carnem, qua*
præcurrere nititur . . . ad omnem sanctitatem pertingendam, dum
stimulus amoris semper ad majora urget, cum ea interrupta & in-
 certa concupiscentiæ suspensione quantum ad effectus sensibiles,
 quàm in perfectissimis agnovi.

* Quàm mi-
 nus cautè lo-
 cutus est D.
 Bonaventura
 de S. Fr. Assis-
 sinate, his ver-
 bis. Neque
enim languor
vel desidia lo-
cum habet, ubi
amoris stimu-
lus semper ad
majora perur-
get. Tanta au-
tem in eo carnis
ad spiritum e-
rat concordia,
tanta obedi-

* Absit, ut omnis sui recordatio abigatur; reflexas cogita-
 tiones ut necessarias posui. Cupidas, anxias, mercenarias
 tantum resectas volo. Hæ possunt animæ perfectæ officere ita
 ut paulatim è culmine perfectionis excideret.

typia ab iis postulat ut fugiant levissimas culpas, quemadmodum vulgus iustorum fugit gravissimas. Earum vigilantia, quamvis simplex ac tranquilla, eò acrius omnia pervidet, quò purus amor per zelotypiam longè perspicacior est, quàm mixtus amor per quamlibet sollicitudinem. Illæ animæ nunquam se vel iudicare, vel purgare, nisi ut pareant, & aliquod offendiculum tollant; nunquam se ipsas deliberato atque percepto testimonio iustas reputare debent, quamvis nullis conscientiaë stimulis intus hoc ab aliis impungantur. * Se superiorum iudicio permittere, omnemque eis morem gerere tenentur.

* Quid cautius dici possit, me latet, & hoc ab aliis impungantur. * Se superiorum iudicio permittere, omnemque eis morem gerere tenentur.

Qui sic loquitur, illæ sã traditione secundùm genuina sanctissimorum mysticorum principia loquitur.

* Suppono in quocunque eminentissimo statu, non solum concupiscentiaë fomitem, sed etiam ipsius concupiscentiaë noxios effectus in venialibus peccatis, de quibus quotidie dicendum, *dimitte nobis &c.*

Articulus 37. falsus.

A Nimæ transformataë omni peccandi libertate carent: ipsa carent concupiscentia. Quilibet in iis motus, gratiaë motus est, & extraordinaria inspiratio. Cum Ecclesia hanc orationem singulis diebus habere nequeunt *: *dimitte nobis &c.*

Qui sic loquitur, in falsorum gnosticorum errorem, à Beguardis in Concilio Viennensi damnatis, & ab illuminatis Andalusiae sæculo proximè elapso renovatum, incidit.

Articulus 38. Verus.

TRansformatæ animæ utiliter possunt, atque, ut nunc est disciplina, etiam tenentur, quæ perceperint venialia peccata confiteri. Inter confitendum debent sua peccata detestari, seipsas reas profiteri, peccatorum veniam adprecari, non ut *propriam puritatem*, * aut liberationem, sed ut aliquid quod DEUS vult, quodque vult ut ad ejus gloriam velimus. Quamvis anima, quæ proprii commodi non est mercenarie appetens, sese peccatis ad propriam munditiam non ampliùs abluat, ut apud Sanctum Franciscum Salesium vidimus, tantumquæ deformitatem, quantum pulchritudinem amaret, si sponso deformitas æque ac pulchritudo placeret; adprime scit tamen sponso cordi esse puritatem & pulchritudinem; sic, ut illi placeat, pulchritudini ac puritati * studet, & quam ille horret turpitudinem, ipsa perhorrescit.

* Propria puritas explicanda juxta id quod fusè dictum est de proprietate. Agitur de puritate quam amore naturali & mercenario affectat. Idem dicas de liberatione &c.
* Quid magis oppositum illi impiæ & impurissimæ indifferentiæ quâ animâ indifferens esset inter puritatem & impuritatem suæ conscientia?

Cum anima puro amore verè ardet, non est quod timeat ne eo ipso temporis articulo, quo peccata deponit, quæ in dilectum admiserit, peccata non revera condemnet, idque planissimâ, purissimâ, ac efficacissimâ cordis contritione; licet ejus actus nec sentiat, nec per expressam ac reflexam formulam exerat. Si, ut Sanctus Augustinus affirmat in justis minus perfectis, recitata una oratione dominica delentur culpæ veniales, quanto amplius in transformatis animis puri amoris exercitio delebuntur? Constat aliunde peccata non esse tam frequenter deponenda, cum experto confessori timendi locus est, ne frequentior confessio scrupulum animis injiciat, aut perfunctoriè habeatur, utque animi levamen & *En proprii amoris solatium; * cui plus inest proprii amoris solatium, sive affectus naturalis & mercenarius, in quo subest proprietas.* *tristitiæ quod non perfectâ integritate fulgeat, quàm fortitudinis ad vim sibi faciendam, quâ emendetur: aut quoniam repetitæ illæ confessiones animas nimis perturbant, easque de suo statu sollicitas levibus de causis anxius occupant; aut quoniam in se nullum, quod sacramentali absolutioni competens confessori videatur, peccatum ab ultima confessione voluntariò admissum animadvertunt, cum ad ejus pedes procubuere, ut Ecclesiæ potestati ac judicio ex animo sese subjiciant.*

Qui hæc loquitur; illæsis traditionis principiis, sermonem profert & sanctorum experientiæ & plurium animarum necessitatibus concordantem.

Articulus 38. Falsus.

Confessio remedium est imperfectis duntaxat animis consentaneum, quod sanctissimæ animæ adhibere non tenentur nisi perfunctoriè, & ne publico offendiculo sint; aut culpas nunquam admittunt quæ absolutione indigeant; aut etiam invigilare non debent placidâ ulla & pura zelotypi amoris vigilantia, qua quidquid spiritui sancto in se displiceat perspiciant; aut non tenentur contritione, quæ nihil est præter zelotypum amorem, qui odio perfectissimo odit quidquid dilecti beneplacito adversatur; aut se nec satis purè DEUM amare, nec satis perfectè se totas illi permittere crederent, si ex animo æque ac ore peccatorum veniam peterent, quam tamen vult DEUS ut velint.

Qui sic loquitur, in animis penitus evertit exercitium puri in summum bonum amoris, quo in hac occasione summum malum actu damnatur; teme-

rariâ & pessimi exempli confidentiâ animas à sacramentis & Ecclesiæ disciplinâ removet. Pharisaicam illis superbiam inspirat; eas edocet rationem confitendi peccata animo nec vigilantibus, nec attentis, nec sincero, cum ore tenus peccatorum veniam postulent. In Ecclesiam inducit hypocrisim, quæ insanabilem deinceps illusionem efficiat.

Articulus 39. Verus.

A Nimæ in primâ sensibili gratiæ suavitate, quâ ad contemplationem transducuntur, eam aliquandò fundunt orationem, quæ cum quibusdam satis gravibus defectibus, quibus adhuc laborant, parum congruere videtur; quare qui eas dirigunt, si parum experti sint, earum orationem falsam & vanam esse facile judicant: quod & sibi evenisse Sancta Theresia affirmat. Animæ extraordinariis probationibus exercitæ, in eis, aliquandò transeunter inæqualem nimis, & pene exhaustam patientiam præferunt; ut Job amicis visus est impatiens & imperfectus. In animis etiam transformatis, non obstante, quo ardent, purissimo

amore, quosdam DEUS sæpè patitur defectus, qui infirmam potiùs naturam, quam voluntatem sequuntur, & quibus, contrario quasi pondere, earum contemplatio deprimitur; ut carnis stimulus in Apostolo erat angelus satanæ, ne revelationum altitudine extolleretur*. Denique hi leves defectus, quibus lex haud violatur, animæ non auferuntur, ut in eâ eluceant argumenta ardui operis, quod gratia operata est. Iis infirmitatibus sibi humilis sordescit, & earum quasi velo teguntur DEI dona ad exercendam illius animæ & iustorum, qui eam norunt, fidem. Aliquandò etiam contemptum pariunt & cruces illi afferunt, quibus aut superioribus se magis docilem præbeat, aut orbetur humanæ laudis, & in suâ viâ certitudinis solatio; quâ in re incredibilem laborem Sancta Theresia experta est; aut denique ut sponsi & sponsæ arcanum à sæculi prudentibus & sapientibus abscondatur.

* Hæc S. Gregorius Papa annotavit dum de contemplatione ageret.

Qui sic loquitur, illæsâ Evangelii normâ exponit quæ sancti experti sunt; quia confessores qui usu valent & gratiæ spiritu donati sunt, judicare nihilominus poterunt de arbore à fructibus; iis nimirum, sinceritate, docilitate, propriæ voluntatis in præcipuis occa-

sionibus abiectione. Præterea divini Spiritus unctio alia suppeditabit signa quibus sese manifestet, si patienter & attentè cujusque animæ status perpendatur.

Articulus 39. Falsus.

Contemplatrix atque etiam transformata haberi potest anima, licèt per non modica temporum spatia de addiscendis religionis principiis parùm curare videatur, obeundis muneribus sit minime attenta, rerum exterarum studiosa, impatiens, sibi indulgens, ad tegendos aut defendendos defectus semper parata, indocilis, imperiosa, aut callida.

Qui sic loquitur, in statu innocentissimo nocentissima vitia autoritate approbat. Specioso status extraordinarii nomine statum tegit à verâ pietate alienissimum. Absurdissimas illusiones probat. Regulam frangit, quâ spiritus probari possint, dignoscanturque, an ex Deo sint. Quod pravum est, rectum vocat; subit intentatum à scripturâ maledictum.

Articulus 40. Verus.

TRansformata anima DEO immediatè unitur tribus modis. 1. Quod DEum amet DEI causâ, nullâ interveniente mercenariâ propriæ utilitatis ratione. 2. Quòd eum nullâ interpositâ sensibili imagine aut ratiocinatione contempletur. * 3. Quod ipsius pareat & præceptis & consiliis absque certo formularum ordine, quo sibi de se mercenarium testimonium exhibeat.

* Id tantummodò de contemplatione negativâ dictum puta ab Ascetis; aut si fortè idem quis dixerit de contemplatione generatim sumpta, hoc intelligendum eo sensu, quòd contemplatio sit operatio per se purè intellectualis, & quæ imaginationis phantasmatibus directè & spontè non adhæret, sed occupatur, ideis rerum quas fides intellectui proponit.

Qui sic loquitur, ea explicat quæ sancti mystici intellexerunt, cum ab hoc statu virtutum excitationes amoverunt: hæcque explicatio universam traditionem nullatenus lædit.

Articulus 40. Falsus.

TRansformata anima DEO unitur nec interposito fidei velo, nec interjacente ægræ ab Adami lapsû carnis infirmitate, nec occurrente medicinali JESU Christi gratiâ ubique necessariâ, nec mediante Christo, per quem unum in

quolibet statū ad patrem aditus est.

Qui sic loquitur, hæresim renovat
Beguardorum in Viennensi concilio da-
mnatam.

Articulus 41. Verus.

** Vide Bernardum
sermone 83. in
cantic. Hic fu-
sè de his nu-
ptiis. Talis
inquit, confor-
mitas maritat
animam verbo.
... diligens
sicut dilecta est.
Ergo si perfectè
diligit, nupsit.
Verè spiritualis
sanctiq; connu-
bii contractus
est iste. Pa-
rum dixi con-
tractus: complexus est.
Complexus planè, ubi idem velle, & nol-
le idem, unum facit spiritum de duobus honoret sanè qui hor-
ret, qui stupet, qui miratur: vacant hæc omnia penes amantem.
Amor sibi abundat: amor ubi venerit, ceteros in se omnes tradu-
cit & captivat affectus. Propterea qua amat, amat; & aliud
novit nihil. Ipse qui honori meritò, meritò stupori & miraculo est,
amari tamen plus amat. Sponsus & sponsa sunt. Quam quavis
aliam inter sponsos necessitudinem vel connexionem præter amari &
amare?*

ritate,

ritate, id est nullâ peccati maculâ temeratur præter quotidiana peccata, quæ amoris exercitio quàmprimùm delentur; ideoque, nec per purgatorium transiens, cælum ipsum, cui libet maculæ impervium, ingredi potest. Concupiscentia enim quæ in hâc mortali vitâ semper viget, ab hâc integrâ puritate non est aliena, cum nec sit peccatum, nec animæ inquinamentum. Hæc tamen anima originali integritate non gaudet, cum nec quotidianis peccatis, nec ipsâ concupiscentiâ eximatur; quæ duo huic integritati nullatenus competunt.

Qui sic loquitur, eo sapientiæ sale loquitur, quo omnis nostra oratio condienda est.

Articulus 41. Falsus.

IN eo statu anima originali integritate ornatur; Deum ipsum facie ad faciem intuetur; eoque non minùs perfectè, quam beati, potitur.

Qui sic loquitur, in ipsam Beguardorum hæresim incidit.

L

Articulus 42. Verus.

UNio quæ à mysticis dicitur essentialis seu substantialis, consistit in amore simplici, & à commodi sui mercenariâ appetitione alieno, qui omnes totius animæ fatiat affectus, quique actus exerit ad eò placidos, adeoque consimiles, ut omnes unus videantur actus, quamvis reverà multi sint actus quàm maximè distincti. Eos actus essentielles seu substantiales nuncuparunt plures mysti-

* Ita Card. ci, * ut eos à mercenarii amoris actibus
Bona ait *actus* anxiiis, inæqualibus, & quâdam veluti
virtutum essen- sollicitudine repetitis ita distingue-
siali modo ex- rent.
erceri, Via
comp. cap. 10.
pag. 109. Qui sic loquitur, genuinam mystico-
rum mentem explicat.

Articulus 42. falsus.

HÆc unio Deum inter & animam ita reverà fit essentialis, ut nullâ re ampliùs & solvi & minui queat. Hic actus permanet firmus, nec magis quàm ipsa animæ substantia dividi potest.

Qui sic loquitur, deliramenta loquitur non universæ tantum philosophiæ, sed & fidei & veræ pietatis praxi repugnantia.

Articulus 43. verus.

DEus qui se à prudentibus & sapientibus abscondit, se parvulis & simplicibus aperit & communicat. Anima transformata homo est *spiritualis*, de quo loquitur Sanctus Paulus, id est homo in puræ fidei viâ per gratiæ spiritum actus ductusque. Hæc anima per gratiam & experientiam ad ea omnia, quæ & in probationibus & in puri amoris exercitio simpliciter agenda sunt, eo sæpe illustratur lumine quo carent docti, * quibus plus affulget scientiæ & humanæ sapientiæ quàm experientiæ & puræ gratiæ. Necesse tamen est, ut hæc anima & mente & ore, nõ solum

* Vide Ger-
son de con-
templ. Dion.
Cartus. &
Theol. myst.
inter opera

D. Bonav. Card. Bonam audi : pauci sunt viri spirituales & religiosi qui hujus mysticæ sapientiæ notitiam habeant, quia, ut optimè observat Iacobus Alvarez, paucissimi sunt qui seipsos fortiter abne-
gent & perfectè mortificent. Via comp. c. 4. pag. 22. idem auctor sic loquitur : Hæc sapientiæ citius ac sublimius idiotis simplicibus, qui nihil aliud quam salutem in timore & tremore curant, quàm magnis & eruditis Theologis conferri solet, nisi & ipsi toto mentis affectu studeant humilitati. Ita scribit vir eximius Bartholomeus de martyribus Bracharensis Archiepiscopus Via comp. c. 4. pag. 27.

obtemperet universis Ecclesiae decretis, sed etiam Pastorum se permittat regimini, quoniam, ad singulas gregis oves indiscriminatim ducendas speciali gratia donati sunt.

Qui hoc affirmat, quod veritissimum est, affirmat.

Articulus 43. Falsus.

A Nima transformata homo est spiritualis, cujus meminit Sanctus Paulus, ita ut de omnibus religionis dogmatibus judicare, ipsa verò à nemine judicari queat. Semen est Dei, peccandi ne scia. A Spiritu Sancto docetur universa, ita ut nec ab ullo doceri, nec superiori-
disciplinam, bus subijci indigeat.

Qui sic loquitur, i. Sanctae Scripturae locis in suam perniciem abutitur. Deinde ignorat Spiritum Sanctum, qui omnia docet, nihil tantò opere quàm obedientiam docere, eumque tum maximè quæ credenda, quævè agenda sint suggerere, cum docilem * erga Ecclesiae ministros animum inspirat. Postremò horrendam independentium & fanaticorum sectam in mediâ statuit Ecclesiâ.

* Eminentissimæ animæ, & quantum ad fidei Dogma, & quantum ad disciplinam, per omnia docili animo obedire debent Pastoribus etiam illis qui quantumvis magni & eruditi Theologi, uti ait Card. Bona, mystice sapientia sunt rudes & imperiti.

Articulus 44. Verus.

Pastores & omnium temporum sancti quodam dispensationis & * arcani genere usi sunt, ut de arduis probationibus & altissimo puri amoris exercitio, apud eas duntaxat animas loquerentur, quas ad hunc amorem jam Deus per gratiae lumen allexerat. Hæc quàmvis doctrina in omni traditione designata, pura & simplex Evangelii perfectio haberetur, * antiqui tamen Pastores justorum multitudini unam mercenarii amoris praxim, utpote eorum gratiæ accommodatam proponebant; sic lac infantibus, panem robustis mentibus distribuentes.

* Unio felicissima & arcana, in expertis impervia, & difficilis explicatu, - - - in istâ unione summa foelicitas vitæ hujus consistit, & quædam futura gloriæ prægustatio. via comp. c. 5. pag. 30.

Aspiratio passiva ineffabilis est, & ab illis vix intelligitur, qui eâ foelicissimè perfruuntur. c. 9. pag. 88. Quis poterit sensum ejus assequi aut quis audebit terminum ponere ejus admirandis operationibus? idè à viris theodidactis horum sublimium mysteriorum explicatio petenda est, quibus Deus mirabilis in sanctis suis incerta & occulta sapientiæ suæ manifestavit. via comp. c. 10. pag. 104. Res sublimes & arcanas, quòd sibi notæ non sint, quasi falsas aspernari, fidemque abnegare spectatissimæ probitatis viris, cum de divinis perceptionibus ex propriâ loquuntur experienciâ, stultorum est & impiorum. Via comp. c. 5. pag. 34.

* Purus amor non est doctrina credita solis ascetis, & quæ Pastores ac Doctores lateat; Sed credita Ecclesiæ unum cum

cæteris doctrinæ articulis depositum individuum conflatur. Quare autem id paucis proponendum est? hoc tribuendum imperfectioni Christianorum, qui hæc non valent portare modò. Sic loquitur Bona: sunt enim hæc mystica & secretissima Dei dona, quæ nemo novit, nisi qui accipit, nec accipit, nisi qui desiderat, nec desiderat, nisi quem ignis Spiritûs Sancti inflamat. Via comp. c. 10. pag. 108.

Cum sit ergo in omnibus justis habitus sapientia, qua est donum Spiritus Sancti, cur è tot millibus vix unus reperitur rerum divinarum contemplator? - - - non seriò vitare leviores culpas, nec perennem cordis alere puritatem: hæc est causa quâ à contemplatione arcentur. Eod. c. pag. 115.

Qui sic loquitur, asserit quod ex Sancto Clemente, Cassiano, multisque aliis auctoribus sanctis, tam veteribus quàm recentibus, constantissimum est.

Articulus 44. Falsus.

INter omnium ætatum contemplantes arcana quædam traditio fuit, ipsi etiam totiûs Ecclesiæ corpori incognita. Hæc singulari traditione continebantur abscondita dogmata, præter ea quæ in universali traditione habentur vera; aut, hæc dogmata communis fidei dogmatibus opponerentur, per quæ immunes erant animæ ab exercendis explicitæ fidei & distinctarum virtutum actibus, non minus in puri, quàm mercenarii amoris viâ necessariis.

Qui sic loquitur, traditionem multiplicans, è medio tollit traditionem. Sectam parturit hypocritatum, in ipso Ecclesiæ sinu ita latentium, ut nec eos detegere, nec iis sese eximere ullatenùs possit. Impium gnosticorum & Manichæorum secretum renovat. Fidem & mores à fundamento evertit.

Articulus' 45. Verus.

Quaelibet viæ interiores, etiam præstantissimæ, non modò habitualement puri amoris statum non supereminent, * sed nihil sunt aliud quàm via quâ ad hunc totius perfectionis terminum perveniatur. In omnibus inferioribus gradibus status ille nondum reperitur. Gradus ultimus, qui à mysticis dicitur transformatio aut unio essentialis & sine medio, ipsa est puri amoris realitas. Ille status, cum verus est, tutissimus est, utpote qui omnium Christianæ Justitiæ statuum sit maximè voluntarius, & omnium maximè mereatur, unusque ad creaturam nihil, ad creatorem verò universa referat. Econtrà, cum falsus est ac vanus, errorum cumulus est. Fessus viator, multaque pericula ac tæ-

* Hoc sæpissimè repetitum temperat omnes libelli locutiones.

dia expertus , tandem , superato montis
 fastigio , procul urbem patriam , itineris
 ac laborum metam , prospicit : subito
 triumphat gaudio , jamjamque optatæ ur-
 bis mœnia subire , nihilque viæ & hu-
 jus æquissimæ , superesse opinatur ; sed
 quò magis progreditur , & asperiori
 itineris longitudini , arduisque occurrit
 anfractibus , quos primo illo intuitu
 nec præviderat ; ipsi per loca præcipi-
 tia in profundum vallium descenden-
 dum est , ubi à conspectu amittit dul-
 cissimam urbem quam vel contingere
 jam videbatur ; ipsi iterùm atque iterum
 rupes reptando contra enitendum est ; ita
 demùm tot functus laboribus , tot aditis
 discriminibus , ad eam urbem pervenit ,
 quam initio & in plano positam , &
 sibi adstare vicinam putaverat. Talis
 est amor purissimus. Primo intuitu eum
 in amænissimo prospectu conspicias : jam
 eum amplecti , jamque ei firmiter ad-
 hærerere arbitraris : saltem inter te & il-
 lum breve , ut opinaris , & æquum in-
 tercedit spatium. At quò propiùs ad
 eum accedis , eò longius à te ipso , mo-
 lestiusque fugere videtur. Quanto tui
 periculo in hâc gratiæ imagine tibi ad-
 blandiris , teque purè amare existimas ,
 cum longè distas à puro amore ! Ille
 speculativè contemplando hunc amorem ,

eo delectatur, qui intimis medullis totus contremisceret, si à Deo iis probationibus objiceretur, quibus amor ille verè in animis gignitur ac omnimodè perficitur. Summopere cavendum est ne tunc eo te potiri existimes, cum solâ ejus imagine delectaris, ejusque lumine perfunderis. Quisquis deliberatâ mente ad eum se pervenire confidenter præsumit, * ipsâ illâ confidentiâ quantum ab eo distet satis ostendit. Paucissimæ animæ, quibus inest ille amor, cum sibi inesse toties ignorant, quoties sese attentius considerant; eumque sibi abesse in animum inducunt facilè, cum id ita esse à suis superioribus audiunt. De se anxie haud cogitant, eâ æquitate de seipsis, quâ de alienis loquuntur. In genuè obtemperant, aguntque ut opus est, nunquam de se ratiocinantes, nec ullum de suo statu judicium ferentes. Denique quàmvis verum sit à nemine certos Dei in animis operationibus fines præscribi posse, unumque Dei spiritum *ejusdem spiritus profunda scrutari*, constat tamen nullâ, quantumvis intimâ perfectione, eximi Christianos ab eliciendis iis actibus *, qui ad universam legem adimplendam necessarii sunt, & cujuslibet perfectionis summam reduci ad eum habituales *puri &*

* Quid se verius adversus illusionem;

* Cautio centies repetita, quæ fidei explicitæ, spei ac cœterarum omnium virtutum actus distinctos intuto ponit,

M

170 PLACITA SANCTORUM

unici amoris statum, qui in his animis,
* Quid eâ vo- sui minimè studiosâ tranquillitate, agit *
ce plenius & quidquid amor mixtus sollicito quodam
efficacius, ad studio in aliis operatur. Uno verbo in
depellendam puri amoris exercitio una privata * utili-
vel levissimam tatis appetitio mercenaria intervenire ne-
illusionis spe- que debet, neque potest: cætera omnia in
ciem? tatis appetitio mercenaria intervenire ne-
que debet, neque potest: cætera omnia in
perfectis quàm in minus perfectis abun-
dantius * affluunt.

* Una pri-
vata &c. hoc
unum reseca-
tur. Quidquid
insuper dix-
eris, systema
meum dici non
potest.

Qui eâ prudentiâ loquitur, positos à
sanctis Patribus terminos non movet. Re-
ligiosè adhæret traditioni. Refert * quæ
sancti, si quando iussi erant, ingenuè de se
& locuti & in se experti sunt.

* Abundan-
tius, quantum
abest ut am-
putentur!

Articulus 45. Falsus.

A Nimæ transformatae de seipsis &
aliis ferre iudicium possunt, aut de
suis donis interioribus securas facere in-
dependenter ab Ecclesiæ ministris; aut
animas dirigere absque caractere, absque
vocatione extraordinaria, etiam cum si-
gnis vocationis extraordinariæ, ipsis Pa-
storibus expressè vetantibus.

Qui sic loquitur, novitatem profa-
nam docet, fidei Catholicæ fundamen-
talem articulum oppugnat, nempe si-

delium subordinationem erga Pastores, quibus dixit Christus, *qui vos audit, me audit.*

Horum omnium Articulorum

CONCLUSIO.

Sancta indifferentia non est nisi amor gratuitus. Probationes, ejus purgatio. Derelicto, ejus in probationibus exercitium. Virtutum proprietatis renuntiatio non est nisi * renuntiatio cujuslibet interioris applausus, delectationis, mercenariae proprii commodi appetitionis in exercendis puro amore virtutibus. Totius activitatis excisio non est nisi totius *anxietatis & mercenariae sollicitudinis* per purum amorem excisio. Contemplatio est simplex hujus amoris exercitium, ad unum *motivum* * reductum. Contemplatio passiva est pura contemplatio absque activitate aut sollicitudine. Status passivus per finita purae & directae contemplationis tempora, seu per intervalla, quibus non contemplantur, non excludit neque reales actiones, nec sibi succedentes voluntatis actus, neque spe-

* Vide quid sit proprietatis abjectio. En tota libelli doctrina quae salvis virtutibus distinctis delectationem tantum, & mercenariam appetitionem respicit. *motivum* est in libello quemadmodum & in Ascetis principium interius voluntatem movens ad desiderandum quoddam objectum.

* Unitas motivi seu amoris principii non tollit obiectorum formalium diversitatem.

cificam virtutum, quantum ad proprium earum obiectum; * distinctionem; sed meram activitatem aut mercenariam sollicitudinem. Placidum est orationis & virtutum per purum amorem exercitium. Transformatio & unio maximè essentialis, seu immediata, non est nisi habitus hujus amoris, quo uno vita omnis interior constituitur, & qui tunc fit activum omnium, qui deliberatè producuntur, & merentur, unicum principium & motivum.

* Principium & motivum sunt hic unum & idem. Igitur ablatà multiplicitate motivorum, auferatur tantum

* At status ille habitualis mutari, variare, amitti semper potest.

Verus amor recti, ut ait Sanctus Leo, habet in se Apostolicas auctoritates & canonicas sanctiones.

multiplicitas amorum & principiorum; sed remanent obiecta formalia sive motiva singularum virtutum distincta. *Qua amat, amat, & aliud novit nihil,* inquit Bernardus in Serm. 83. in Cantic.

Nec ideo inutiles æstimandi sunt, aut prorsus abjiciendi mysticorum libri, quod sublimia tractent aut mirabilia super nos. Nam hoc saltem ex illis discimus, quàm longè adhuc versamur à culmine Christianæ perfectionis nondum digni, qui cum Moïse in caliginem ingrediamur. Card. Boua via com. c. 5. pag. 34.

F I N I S.

5 A 4429

Hinweise

Signatur 5 A 4429	Stok k0"
----------------------	-------------

RS

Bub

AK 7. 07. 87

Titelaufn.

AKB

6.8.

FK

1 Religiöusphil. 7.7. Va.

Bio. K

Bild K

SWK

Sonderstandort

Signum

Ausleihe-
vermerk

✓

